






2
6
48











MILLELOQVII IVRIS
M. MANTVAE BENAVIDII
PATAVINI, IV. CON. CÕM. PALATINI
& primo in loco patriȩ suȩ
iuris Cȩsarei matutini
interpretis;

CENTVRIA PRIMA,


Addito etiam in calce eiusdem commentariolo
ad l. minime ff. de religio.





Patauij, Apud Gratiosum Perchacinum
1 5 6 1.

AD LECTOREM.





TATVERAM optime atque amantisſime Lector, imitatione Aurelij Auguſtini, & Ambroſij, Milleloquium Iuris ſcribere, opus ſanè vtile, ac frugiferum ſtudioſis bonarum artium, ſed quia non ſine maximis laboribus ac vigilijs, hoc idem perfici poſſe videbam, atqꝫ (vt dici ſolet) ad vmbilicum perduci, repente exiſtimaui longe melius fore, ſciſcitari prius de induſtria, quid nam ſentiant, qui ipſi iuri operam nauant, quidqúe hac in re cupiant, & (quoad me etiã) quid mihi agen dum ſit ſcribendum ne, vel deſiſtendum potius, ne operam (vt eſt in prouerbio) & oleum perdam. Ea propter Centuriam hanc primam, quaſi exploratorem quendam, volui emittere in lucem oculisqúe doctisſimorum hominum ſubijcere, imò iudicio & cenſure (vt par eſt) quam ſi tibi æqui, boniqúe etiam conſulenti, non diſplicuiſſe cognouero: ſiqúe mihi popularis arriſerit aura, & ab his amplius probatã iri videbo, opus cœptum planè perſequar, inqúe ipſum omnibus

neruis ingenij insudabo, quanquam arduum & difficile sit, ne dicam laboriosum, sin minusquam libenter receptui canam, alijsqúe ingenijs promptioribus, delegabo, eritqúe porrò satis, hoc casu voluisse: imò, suscipere volentibus istud ipsum onus, satis superqúe (iterato dixerim) viam ostendisse, qua sibi consulant, nomen immortalitati commendent, & posteritati denique quã maximè prodesse possint & contendant. Vale. Patauij, die 8. Nouemb. 1561.

ELENCHVS LEGVM,

quibus ſanè multa, cum ſcitu, tum annotatu digna applicari poſſe videntur.

59 Ad l.1.§.dolum ff. eo.
60 Ad l.nam is ff.eo.
61 Ad l.si finita §.Iulianus ff.de dam.infec.
62 Ad l.fluminum §.vicium ff.eo.
63 Ad l.damni §.si is qui vicinas ff.eo.
64 Ad glo.in l.quanuis ff. eo.
65 Ad l.1.2.de diuor.& ad l.etiam ff. de fun.dota.
66 Ad l.quintus ff.de do.int.vi.& vxo.
67 Ad l.1.2.3.ff.eo.
68 Ad l.pupillus §.decuriones ff.de ver. si.
69 Ad l.titia cum similibus ff.ad legem fal.
70 Ad l.filiusfamilias ff.de donatio.
71 Ad l.1 ff.de dote prælega.
72 Ad l.Theopompus eo.ti.
73 Ad l ex hac scriptura ff.de dona.
74 Ad l.sancimus C.de diuer.rescrip.
75 Ad glo.in l.minor ff.de euictio.
76 Ad l.herennius §.caia ff.eo.
77 Ad l.1.C.de execu.rei iud.
78 Ad l.qui accusare.C.de eden.
79 Ad l.à titio ff.de fur.
80 Ad l.dies festos C.de fer.
81 Ad l.more Romano ff.eo.
82 Ad auten.præsente C.de fideiusso.
83 Ad l.si quis intentione ambigua ff.de iudi.
84 Ad l si quis ex aliena.ff.eo.
85 Ad l.cum Prætor ff.eo.
86 Ad l.vt vim ff.de iusti. & iu.
87 Ad l.imperium ff.de iu.o.Iud.
88 Ad l.cum pater §.filius matrem ff.de leg.2. & ibi glo. vulgata.
89 Ad l.si pluribus ff.eo.
90 Ad l.leges C. de legi.

Errores si corrige.

Col. 1.	lin. 2.	immitatione	imitatione.
Col. 33.	lin. 11.	præsumtionem	præsumptionem.
Col. 34.	lin. 11.	persuntionem	præsumptionem.
	lin. 28.	si.	si.
Col. 35.	lin. 16.	iu.	in.
	lin. 28.	legitur	ligetur.
Col. 36.	lin. 24.	si.	sine.
Col. 47.	lin. 16.	paruum	parum.
Col. 66.	lin. 29.	præceptis	præceteris.
Col. 67.	lin. 3.	Iudaice	si Iudaice.
Col. 69.	lin. 23.	in amphitrio	in Amphitrione.
Col. 89.	lin. pe.	col. 1.	col. 1. vol 2.
Col. 90.	lin. 20.	valem	valet.
Col. 94.	lin. 3.	exponitur,	exponitur).
Col. 96.	lin. 1.	executionis,	excussionis.
Col. 105.	lin. 25.	homicidia	homicida.
Col. 106.	lin. 28.	matrem locum,	matrem, locum habeat.
Col. 107.	lin. 11.	in collectane.	in collectane.)
	col. 137.	inquissimis	iniquissimis.
Col. 138.	lin 28.	innane	inane.
Col. 143.	lin. 26.	de his pat.	de his qui pat.

MILLELOQVII IVRIS CENTVRIA PRIMA
in qua Eucheri Episcopi Lugduñ. immitatione, interrogan
tis & respondentis persona inducitur, quo fa-
cilius, quasi contentione quadam,
veritas rei, de qua agitur,
eliciatur:
Iure Con. M. Mantuæ Benauidii Pata-
uini, Comitis Palatini, & primo in lo-
co patriæ suæ Iuris Cæsarei matu-
tini Interpretis, nunc primùm
in Studiosorum gratiam
edita.

Interrogatio.

1 
EGO Propositionem ferè ab omnibus receptam, quod destinatum pro facto habeatur l. & si non sint, §. quid ergo ff. de au. & ar. le. l. 4. ff. de fun. do. l. qui in vtero, ff. de sta. ho. l. prægnantis ff. de pen. l. pe. l. ex co. ff. de. mi. testa. c. si quis suadente diabolo, & ibi in not. casu Archid. 17. q. 4. & tamen contrarium dicitur in l. cætera in §. sed si parauerit ff. de lega. 1. ubi res quanquam ædibus sit destinata, legari nihilominus potest, & sic alienari: quia legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda l. legatum parua, ff. de lega. 2. dominiumq; rei legatę recta uia transit in legatarium l. à Titio, ff. de fur. Cur igitur sic diuersum?

Resp. Materia Brocardica est, ut inquit Feli. in c. cum adeo col. 3. de rescrip. Ideo distinctio Bar. videnda est in d. §. sed si parauerit ad finem: uel dic, quòd in fauorabilibus destinatum pro facto siue

impleto habeatur; in odiosis autem nõ, vt pulchrè declarat idem Bar. consi. 36. col. 2. vel & aliter quòd vbi exigitur facti essentia destinatum non habetur pro facto, alias sic, ita Alex. vbi multa consi. 97. col. pe. vol. 3. & facit not. decisio cap. Tholosa. in pulchro casu 387. non prætermitto etiam quòd regu. fallat in testamento l. is qui destinauerat ff. de testa. Fulgo. consi. 29. ad fi.

2 Int. Positio iuris, non admittitur, quia semper est certum l. ornamentorũ & ibi Bar. not. ff. de au. & ar. le. vsq; adeo vt nec sit respondendum quia si contra ius respondeatur, responsio nihil valet, si secundum ius respondentem non releuat, vt ibidem habetur & in l. 2. ff. de confess. idem Bar. in l. 1. nu. 9. C. eo. & ad idem dicit Bal. in l. 1. in prin. C. de iura. cal. quod si qõ sit iuris, de calumnia non iuratur, ex quo non desiderat probationes facti, sed legum allegationes, & est singul. limitatio ad not. in l. prolatam C. de sen. & declarat in l. 2. in §. quod obseruari col. 4. C. eo. de iu. cal. quòd debet intelligi in positione iuris scripti, super quo non recipitur probatio, nisi per aperturam librorum, imò dicit alibi clare, quod cum positio non fiat, nec probatio necessaria est, arg. in l. hec stipulatio in §. diuus ff. vt lega. no. ca. consi. 238. vol. 1. & Bar. in l. 1. col. 1. ff. nil nouan. ap. penden. quod negatione iuris non fit res dubia, ex quo nec debet quis interrogari super articulo iuris, & adhuc Bal. in c. fi. nu. 2. de iu cal. quod non respondetur huic positioni, quia lex respondet & quia responsio est à iure determinata. Sed an istud indistincte sit verum ?

Resp. Certe non, nisi sit ius disponens, quia si dispo-

ſpoſitiuum, huic reſpondebitur, vt in obligatione, actione, ſeruitute & ſimilibus, quæ ſunt iuris, & tamen prædictorum poſitioni eſt reſpondendũ, & ita declarat Bar. in d. §. quod obſeruari col. 5. imò plus quod tex. in d. l. ornamentorum, contrarium probare videtur, quia hæres ibi reſpondit. Sed reſpondet ſponte, inuitus autem non poterat compelli, ita idem Bar. in l. vbicunque col. pe. ff. de int. ac.

Si ius foret etiã probabile foret quoq; ponibile quia fiat de conſuetudine, vel de ſtatuto, quoniam facti eſt, & debet probari. c. 1. de conſti. in 6. Bal. in præallega §. quod obſeruari col. 4. & in c. dudũ 2. col. 2. de elec.

Vel ſi ius ponatur pro qualitate facti, dic rursũ, quod eſſet reſpondendum, vt idem Bal. dicit in c. fi. nu. 2. de iu. cal. & probatur in l. fi. ff. de iureiu.

Epoſtremo, quod admitteretur poſitio iuris, ſi (vt de conſuetudine & ſtatuto diximus) in eo cadat probabilis ignorãtia, exempli gratia ac tertio loco in conſtitutione extrauagantis l. cum prolatis ff. de re iud. Bar. in d. l. ornamentorum Feli. in c. non nulli col. 26. de reſcrip.

3 Int. An appellatio à prouocatione differat, valde dubito, quia video in multis locis, verbo appellationis quandoque, interdum vero prouocationis iure con. uti, præſertim in l. 1. in prin. ff. de ap. & in l. 1. ff. à quib. ap. non li. & in l. 1. ff. quis & à quo?

Reſp. Differunt abſque dubio, loquendo proprie, quanuis promiſcue poni videantur alias, quia omnis appellatio eſt prouocatio, non è contra: prouocatioq; fit proprie ante litis ingreſſum à graua-

mine c. cum sit Romana §. si uero de ap. Feli. in rub. de ap. in prin. clarius dicit, Bal. in Marga. sua in §. appellatio nu. 43. & Gui. Papa singu. 608. quod proprie appellatio fit in iudicio, & à sententia quidem, à minori tribunali ad maius d. l. 1. ff. de ap. §. illo, in auten. eo. ti. unde sic alibi dicitur in l. 1. C. si sep. in int. resti. pos. appellare debebas, si tibi sententia displicebat, quam regu. generalem, dicit Bal. consi. 366. col. 1. uol. 3. & consi. 463. uol. 4. & consi. 430. col. 2. eo. lib. prouocatio uero extra iudicium.

4 Int. Scio quòd gradatim appellandum est, & non omisso medio l. Imperatores ff. de ap. loquendo de iure ciuili, ut ibi quodque alias si de iure Canonico loquamur, secus c. dilecti c. cum sit Romana c. si duobus de ap. Bar. in l. omnes populi col. 15. ff. de iusti. & iu. & est simile in Sacerdotio, quandoquidem sit regulare ordinate ad ordines ascendẽdum, & non per saltus & per abrupta, quia nihil inordinatum placet legi, ut inquit Bal. in c. dilecti nu. 1. de ap. & in l. nam & seruius in prin. ff. de nego. gest. quod casum appetit, qui postpositis gradibus per abrupta petit ascensum. Et est argumen. contra nouitios, procurantes sedem ordinariam, ut me egrotante hoc anno, fecerunt quidam, bo. tex. in c. si. 48. d. & in c. si offitia 59. d. & in l. quæ utiliter ubi etiam glo. ff. de nego. gest. Nec edificati parietes hinc, prius pondus accipiunt tignorum, nisi à nouitatis sue humore siccentur, ne si antequam solidentur, pondera suscipiant, cunctam simul fabricam deponant ad terram, ut in locis præallega. legitur. Et idem Azo in prohe. summę, quod ex alto corruit qui uo
lare

lare satagit antequam pennas assumat. & hoc est quod dicit quoque Deci Seni. in l. iustum C. de eden. per glo. in d.l. quæ utiliter, quod sicuti ad ordines & Sacerdotium, non est quis per saltum, promouendus, ut s̄. nec pari modo est Scholaris eo modo, ad examen doctoratus admittendus, nō nihil Feli. in c. cum te in prin. de offi. de. sed dubito, an istud fallat aliquo casu ?

Resp. Fallit primū (ut dictū est) de iure Canonico.

Secundo fallit, si non opponatur.

Tertio fallit si extaret cōsuetudo c. dilecti 2. de ap. ubi Abb. & Imo. pl ene c. 2. de consuetu. in 6. c. Romana §. 1. de ap. eo. lib. Feli. in c. super quæstionum col. 8. de offi. de.

Quarto fallit in Scholari ut per Bal. in autentica habita col. 4. C. ne fi. pro pa. & ibi dixi. idem Feli. in loco præallega. col. 9.

Quinto fallit, quia rescripto pōt quis legitimari persaltū, idest in nepotem circūscripto filio §. si quis igitur in auten. quib. mo. nat. effi. sui. Bal. consi. 206. col. 2. uol. 3.

5 Int. Est ne generaliter uerum, quod in atrocioribus puniatur affectus, licet non sequatur effectus, & actus pro perfecto habeatur, licet non perficiatur, ut dicitur in l. si quis non dicā rapere C. de ep. & cle. & in l. si is qui cum telo C. ad legem cor. de sica. Bal. in l. si ex plagis in prin. ff. ad legem aqui. Pau. Castr. consi. 277. col. 2. uol. 2. & consi. 335. in prin. eo. lib. Bar. in tracta. de percussio. in fi. Cice. in ora. pro Milo. & pro Rabi. his uerbis, nihil interest an occidat quis an uero ambulet occidendi causa ?

Resp. Non, quia d. iura ex quadam interpretatione

ne

ne procedunt, quæ non habet locum in ſtatutis penalibus, ita Bal. in l. ita vulneratus lec. 2. ad fi. ff. ad legem aqui. Bar. in l. 1. in §. diuus ff. ad legem cor. de ſica. Et quia ſtatuta diſponunt de actu ſecundum effectum, vt idem Bal. declarat in l. ſi fugitiui col. 2. C. de ſer. fugi.

Eſt etiam his legibus derogatum per conſuetudinem, generalem & notam, quæ probatione non eget, vt ibi dicit, & habetur in l. rem non nouam C. de iudi. tradit Pau. Caſt. conſi. 299. col. 2. vol. 2. & Cy. in d. l. ſi is qui cum telo, & Bal. rurſum conſi. 361. vol. 1. Ro. in l. damni in §. ſabini col. 2. ff. de dam. inf. Alex. in l. 1. in §. fi. ad fi. ff. qđ quiſque iu. & conſi. 15. col. 2. vol. 1. & conſi. 140. col. 2. vol. 2. Fulgo. conſi. 149. col. 3 Bar. in l. 1. ff. ad legem cor. de ſica. Afflic. in c. 1. in 4. not. nu. 2. de pa. iu. fir. in vſib. Fran. tigri. præceptor Bar. conſi. 14. nu. 7. 8. 9. in vol. conſi. criminal.

Eſt verum quod in crimine lęſe maieſtatis ſecus eſt quodque tunc locum habebit omnino deciſio dictorum iurium, l. quiſquis l. fi. C. ad legem iu. ma. & ita nouiſſimè poſt alios ſanè multos conſuluit Soci. iunior conſi. 105. nu. 37. vol. 3. & ante eum Marti. Laud. in tracta de cri. læſe ma. q. 19. Gigas. in tracta. ſimili, lib. 3. q. 2. nu. 6. & ita tenendum eſt.

6 Int. Quare eſt quod in pandectis, prius tractatū eſt de bo. po. contra tabulas, poſtea de bo. po. ſecundum tabulas, in libro Codicis vero, contrariū vt ex ipſa ſituatione titulorum elici poteſt, & videtur mirum. Imò quod primo modo id regulare eſt, & rationabile l. 2. §. expectandi ff. de bo. po. ſecundum tab. l. poſthumo, & ibi dixi ego mul

ta

ta C.de bo.po.contra tab.l.illud §. fi. ff. eo. Corn. consi. 11. nu. 5. vol. 2. & inde est quod hæreditas adiri non potest quandiu pendet, an posthumus præteritus nascatur, & sic an testamentum rumpatur, vt in d. l. posthumo, tradit Bar. in l. ventre in prin.ff.de acq. he.

Resp. Quia in pandectis consideratur ordo decernendarum causarum in lib. Codicis autem, dignitas bo. po. namque secundum tab. vti dignior præfertur,quia ex voluntate procedit,contra tab. vero, (vt uerbum sonat) eidem repugnat, & nimirum si hac de re, secus actum est, l. 1. ff. de albo scrib. l. 2. ff. de sta. ho. §. fi. insti. de ac. Ias. in rub.si cer.peta.col.9.

7 Int. Quare est quod verba præsentis temporis legis, trahuntur ad futura, imò quod ipsius, hæc est natura, dare formam futuris negotiis l. leges C.de legi.c.fi. de consti. & tamen videmus, quod legatum factum à testatore, refertur ad tempus testamenti,futurum autem non comprehendit,idemque in donatione l. si ita ff. de au. & ar. lega. sique bona alicuius fuerint publicata, quod non comprehendentur postea acquisita l. si tibi. §. is. ff. mand. l. cotem fero §. causa. ff. de publica. c. felicis §. verum de pen.in 6. Bal. & Ange. in l. 3. in §. pe. ff. quod quisque iu. Feli'. in c. ad liberandam, col. 1. 2. de iude. Et idem in collectis si alicui immunitas concessa sit ne eas soluere teneatur, quod ad futuras tenebitur d. l. si ita l. rutilia polla. de con. emp. Bal. in statu. collecta nu. 9. Et si quis promiserit dare schacum matum cum pedina tempus promissionis attendetur, non victorie, inquit Bal. in l. Senatores lec. 1. ff. de Senato

nato uidemus etiam ſi quis conſtituatur procurator quod ad futura non uidebitur conſtitutus: intellige ſemper niſi ſint præſentibus connexa, uel acceſſoria l. creditor §. gaio ff. de libe. le. l. nomen debitoris ff. de lega. 3. Bal. in l. item & ad litem lectu. 1. ff. de procu. Ro. ſingu. 497. uel ad teſtamenti propoſitum, niſi monete legatum factum ſit, quia quoad ualorem attendetur tempus ſolutionis, non teſtamenti caſus eſt in l. cum certum ff. de au. & ar. le. Ro. ſingu. 513. & ad regu. redeuntes, quia videmus quoque, ſi emancipatus repudiauerit bo. po. quod non uidebitur repudiare niſi unum caput, inquit Deci. ſeni. in l. emancipata col. 1. C. qui admi. Et ſi legatum adhuc relictum ſit omnibus eccleſijs alicuius diocęſis, quod non debebitur poſtea edifficatis, cle. literas de reſcrip. Et idem dicit Bar. ſi mandet teſtator eccleſiam extrui in domibus ſuis, ut de illis intelligatur, quas habet tempore teſtamenti, conſi. 26. col. 1. multa quæ ad idem adduci poſſent, ratione breuitatis inſtitute, prætermittenda.

Reſp. Quia tex. & ſimiles, in l. ſi ita ff. de au. & ar. le. loquuntur in teſtatore, & in homine, qui ſemel loquitur contrarium vero in lege, quæ loquitur ſemper l. arriani, C. de hære. tradit Bar. in l. 1. col. 2. ff. de condic. ex le. Pau. Caſt. conſi. 314. col. fi. vol. 1. Corne. conſi. 14. col. 2. vol. 1.

8 Int. Hæres inſtitutus de iure prætorio, qui habet bo. po. ſecundum tab. non agit, donec poteſt intentari contra tab. à filio præterito, etiam non dum nato. l. 2. §. expectandi ff. de bo. po. ſe. tab. l. poſthumo C. de bo. po. contra tab. Sed ponamus, quod velit ipſe agere contra tab. antequam

na-

nascatur posthumus, beneficio ipsius aperientis edictum, poterit ne ?

Resp. Poterit vtique, quia foret satis iniquum, ipsum nec bo. po. se.tab. intentare posse, nec contra tab. l. si post mortem §. fi. l. illud, §. fi. ff. de bo. po. cō. tab. glo. in d. l. posthumo, & sic (vt ibi dicebam alias) plerunque ex persona alterius consequimur quòd ex nostra consequi non possumus l. Aristo. in fi. ff. quæ res pi. obliga. po. l. quæsitum ff. de in ius. vo. c. si pater de testa. in 6.

9 Int. Quæ vtilitas resultat ex hoc, quod dicebam proxime, vt inquit alias I. con. in l. 1. in §. dixerit aliquis ff. de publican. quod scilicet, institutus possit beneficio præteriti aperientis sibi edictum, intentare bo. po. con. tab. à se ipso autem non.

Resp. Multiplex primo, quia eam bo. po. secundum tab. transmittit si interim moriatur l. illud §. fi. ff. de bo. po. cō. tab. Scd̄o, quia forte maiorē portionem consequetur, quam consecutus fuisset l. non putauit, §. fi. ff eo. Tertio, quia nō tenebiť soluere legata, nisi liberis & parentibus l. si duo ff. de lega. pręst. Quarto, quia sic celerius creditoribus cōsultū erit arg. in l. 1 in prin. ff. de suc. edic. Quinto & vltimo, quia reducit rē ad causam intestati, quod fauorabile esse solet, & multa in succedentibus ab intestato dici ac fieri permittuntur, quæ alias non permitterentur l. hac consultissima §. si quis C. de testa. Bar in l. 1. in § non autem ff. de bo. po secundum tab.

10 Int. Ponamus quod posthumus non nascatur de quo . s̄. & cuius beneficio iam institutus bo po. con. tab. intentasset, quid erit hoc casu ?

C Resp.

Resp. Contra tab. in bo. poss. secundum tabulas conuertetur, artificio Iuris l. non nunquam ff. de lega. præstan. Et est simile, quia videmus hinc, quod institutus in re certa, qui loco legatarij habetur, dato sibi coherede vniuersali, si is repudiauerit in vniuersalem artificio Iuris heredem conuertetur, vt not. in l. 1. in § si ex fundo ff. de he. insti. & in l. quotiens C. eo. vel dici potest, quod ad bonorum po. se. tab. reuertatur, & sic res ipsa, ad suam pristinam naturam, quod etiam facile est, & solet fauorabile reputari l. si unus §. pactus, uers. quod in specie ff. de pac. c. statutum vbi glo. numerandum de præben. in 6.

11 Int. Quare est quod pœna talionis, de qua in §. pena insti. de iniur. ad æquilibrium facta olim, id est πρὸς τῆν ἰσογνομίαν habita iniuriarum ratione, & qua rursum testes, in Susannę necem falsum deponentes, ut per glo. in l. testium C. de testi. legeque Moysis simili, puniti fuerunt, & non alia, æmuli Danielis. vt c. 3. & 6. legit̄ Daniel. Imò quod etiā illustris persona, accusando priuatum imparitate non obstante se subscribebat, ad hanc talionis penam, sicque maritus accusando uxorem de adulterio l. fi. C. de iniur. c. tue de procu. Old. consi. 46. & ad idem censuit Isocrates, delatores siue accusatores esse comprimendos, usque adeo ut accusantibus falso, penam statuerit & ut ultionem in se ipsos formidarent, quam in alios innocentes meditabantur, quare inquam his stantibus est igitur, quod reccesserit ab aula deque generali consuetudine, hodie locū non habeat l. pe. §. ad crimen, & ibi Bar. nu. 2. ff. de pub. iud. idem Bar. in l. si cui ff. de accu. Saly. & Ange. in auten. sed

no

nouo iur. C. ad legem Iul. de adulte. ?
Resp. Recessit inquã, quia multi propter antiquum rigorem prædictum, eoque territi retrahebantur ab accusando, & sic delicta remanebant impunita, & male l. ita vulneratus ff ad legem aqui. c. ut fame de sen. exco. in 6. l. congruit. ff. de offi. præsi. & ita post Io. And. in addi. spe. dicebat Feli. in c. super his col. 4. ad accu.

12 Int. Si uerum est quod vulgo dicitur, quod nemo est dominus membrorum suorum l. liber. homo ff. ad legem aqui l. 1. C. de bo. eo. qui sibi ip. mor. consciue. l. in tantum ff. de ap. c. si quis absciderit 55. d. c. contingit de sen. exco. usque adeo ut nec possit quis se in questionem dare, quicquid dixerit glo. in l. interdum in §. qui furem ff. de fur. cõmuniter reprobata, tradit Bar. in l. cum seruus. ff. de cond. ob cau. Bal. in Marga. sua aurea in §. libertas nu. 3. Nec fideiussor rei, si is fugiat, puniri corporaliter hac ratione, quia nec potuit ad idem obligari, inquit Abb. in rub. de fideiusso. & Pet. de bella. per q. 199. nec dari liber homo rursum, & regulariter pro obside, & pro obstagio, ut concludit Feli. in c. ex rescripto, col. 2. de Iureiu. nec ipse renunciare defensionibus in criminali cã. ut per glo. in l. pactum inter heredem, ff. de pac. si uerum inquam istust est, non deberet etiam transire sententia in rem iudicatam ex acquiescentia condemnati quandoquidem præiudicium corporale inferatur, & tamen transit, ut not. in c. de his de accu. Nec deberet posse quis pati se uenundari ad preci um participandum, & tamenpatitur, ualetque uenditio l. & seruorum ff. de sta. ho. §. fi. insti. de iu. per.

Nec olim à Nautis, in mari mergi Ionas, ipsius

iussu (historia nota est) & tamen mersus est, inque uentre ceti mansit tribus diebus & tribus noctibus ut Math. legitur c. 12.

Resp. Transit in rem iudicatam, quia tacite confite ri videtur & tunc potest condemnari l. furti ff. de his qui not. infa. sicuti occiditur etiam ex uera confessione l. qui sententiam. C. de pen. Feli. in c. consanguinei, col. 2. de re iud. Et quo ad secundum sustinetur uenditio, auctoritate legis, quæ est domina mẽbrorum humanorum, & propter iustam emptoris ignorantiam, arg. in l. diuus ff. de resti. in integ. Bar. in l. ticio centum ff. de condi. & de. Ias. in addi. Por. insti. de iu. per. nu. 7. Tertiũ secum solu. habet, Sanctorum exempla ad consequentias trahenda non esse arg. in c. quæ à Iure de regu iu. in 6. hinc dici etiam solet, quod quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub lege c. licet de regu. c. due sunt 19. q. 2. quodque miracula (in simili) sunt admiranda, non ad exemplum humane actionis trahenda c. si testes 4. q. 2. & 3. & plus dicit Areti. in c. super his nu. 27. de accu. quod quamquam quis non obligetur ad penam corporalem vt .s̃. obligatur tamen, si eam sit omnimodo subiturus, ex dispositione legis, quod est notandum, semper.

13 Int. Si patria potestas inestimabilis res est, l. filiusfamilias §. secundum vulgarem & ibi Bar. ad fi. ff. de lega. 1. imò sacra, seu sacrum quoddam vinculum, & Iuris publici, vsque adeo vt ledere patrem ob id sacrilegium sit, inq; emancipatione hac de re decretum requiratur, & not. Bal. in l. postmortem col. 2. ff. de adop. & Cy. in l. filie C. de colla. Cur sic deportati eam amittunt, nec iudei ha beant,

beant, vel alius, si filius eius ad episcopatus digni tatem assumatur l. quidam ff. de pen. Ro.in l. mul tum col. 2. ff. de ver. ob l. sacrosancte & ibi not. (redde singula singulis) C. de ep. & cle. ?

Resp. Quia deportati ea quæ sunt iuris ciuilis, non retinent ciuitatem amittentes, sed patria potestas est de Iure ciuili, l. nam ciuium ff. de his qui sunt sui vel alie iu. & not in d.l. quidam ergo. Quo ad secundum vero, quia cum ipsi Iudei sint serui & in potestate Christianorum, non possunt habe re filios in potestate l. sic eueniet ff. ad legem iu. de adult. Feli. in c. Iudei 2. col. fi. vbi in materia etiam multa de Iude. ex quo etiam vltimum resoluitur, quia cum ipse filius in patrem assumatur, & pater suus e contra in ipsius potestate sit, non æque conuenit, quod patriam habeat potestatem d. l. sic eueniet, & fusius declarat Bal. in statu. in §. filius nu. 8.

14 Int. Communis opi. est quod institutus sub con ditione beneficio præteriti sibi aperientis edictũ, bo. po. contra tab. agere non possit l. non tantum §. sed si sub conditione ff. de bo po. con. tab. cui tamen aduersatur tex. ad literã in l. si in adoptionẽ ff. eo. vbi in adoptionẽ datus, à naturali patre, sub conditione scriptus est heres, dicit tex. quod alio edictũ cõmittente, agere poterit bo. po. con tab. & sic duo hec iura pugnant, quid ergo dicemus? De instituto sub condõne quod ea pẽdente, possit intentare bo. po. se. tab. non est dubitandum l. 2. §. si sub conditione ff. de bo. po. se. tab.

Resp. Oportet dicere (pro posse enim iura iuribus sunt concordanda, & vitanda correctio l. 1. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de elec. in 6.) quod a-

gat

gat in d. l. si in adoptionem (quid quid ibi dicat glo.) existẽte conditione, & nõ ante, & ita ibi Dy, & Albe. dicebant, & bene, quia subijcit statim, quod ab ipsa bo. po. repelletur, si defecisset conditio, quod vnum quidem præsupponit, agendo extitisse & ita tene.

15 Int. Ad hoc vt exheredatio valeat, sunt ne aliqua necessaria: Scio enim quod filius vel institui, vel nominatim exheredari debet, ne si præteritus sit, testamentum rumpatur, vt insti. de exhere. lib. in prin. & in l. posthumo C. de bo. po. con. tab. & est forma tradita à lege, quæ omnimõ seruanda est, l. inter cetera ff. de lib. & posthu. & est arg. in l. qui Rome in §. flauius ff. de ver. ob. & in l. cum hi in §. si Prætor ff. de transac. & in l. scio vbi not. tex. ibi quasi forma quadam obstrictus ff. de ap. est ne aliquid aliud quod desideret (ut dixi) exheredatio ipsa vt valeat?

Resp. Est vtique, vt videri, legique potest, per glo. in d. l. posthumo, in ver. nominatim in 2. sui parte. & plenius in l. 3. in §. filius in ver. ante heredis ff. de lib. & posthumis vt non modo (vt dixisti) nominatim fiat, & primo, & sic rite idest solemniter l. non putauit §. non quæ uis ff. de bo. po. con. tab. quamquam etiã aliter interpretari possit id quod ibi habetur, vt dixi in d. l. posthumo, verum etiam & 2. pure l. 3. præallega §. pure, non autem sub conditione, quia si dicatur quisquis mihi heres erit, filius meus exheres esto non valebit, quia (inquit tex.) à parentum successione, liberi certo iudicio, sunt remouendi, in. l. sub conditione ff. de bo. po. con. tab. & hoc casu sicque sub conditione exheredatus bo. po. con. tab. habebit, quamquam secus

sit

sitin instituto, vt proxime dicebam, l. non tantum §. sed si sub condõne ff. eo. Tertio requirit quod ab omni gradu sit exhęredatus, quia si ab vno tantum contra sequentem bo. po. vti præteritus con. tab. intentabit, non accipiente eam primo hærede, exẽpli gratia, pater sibi hæredem instituit, ab eoque filium exhæredauit, sic Titium hæredem instituo, filius autem meus exhęres esto, & si titius hæres nõ erit Seius sit hæres, quia præteritus est à secundo gradu, primo instituto non agente, bonorum possessionem (vt dixi) intentabit contra substitutũ l. nõ putauit §. 1. ff eo. Quarto à tota hereditate, quia si à re certa adhuc vitiosa erit exhæredatio, & non valebit, puta quia pater instituat sibi hæredem, filio leget decem, & postea dicat, isque tertia parte exhæres mihi sit, vel tertia parte ipsum exhæredo, l. cum quidam ff. de libe & posthu. & tanquam præteritus, quia non est institutus, aut legitime exhæredatus, poterit dicere testamentum nullum vt ibi not. vbi Ias. & alij.
5. & vltimo, quod non sine causa exhæredetur, inq́ue exhæredatione hodie inseratur, vt in auten. non licet C. de lib. præte.

16 Int. Mirum videtur (vt proxime dixisti) quod à certa re filius exhæredari non possit, & tamen in certa re possit quis institui. l. 1. §. si ex fundo ff. de hære. insti. l. quotiens C. eo. Cur igitur sic diuersum?

Resp. I. Con. assignat tibi rationẽ, quia institutio fauorabilis est exhæredatio odiosa, in l. cum quidã ff. de lib. & posth. fauores autem sunt ampliandi, odia vero restringenda vt ibi, ergo nimirum si institutio valet, exhæredatio non, sique filius tanquam

quam preteritus, quia non est institutus, aut rite exhæredatus habet & agit bo. po. contra. tab. l. non putauit §. non quæ vis ff. de bo. po. con. tab. d. l. cum quidam, & ibi per docto. ff. de lib. & posthu.

17 Int. Bo. po. datur con. tab. filio præterito l. 1. & toto ti. ff. de bo. po. contra tab. an sit dare casum, quod prætereatur, & tamen eam bo. po. non habeat?

Resp. Vtique est dare, si præteritio fuit matris. §. mater insti. de exhære. lib. l. illud §. ad testamenta feminarum ff. de bo. po. cont. tab. notat glo. in l. posthumo in ver. nominatim C. eo. & non ab re quia quoad eam filius non est suus, nec ipsam habet in potestate, nec in eo dominij continuatio, considerabilis est, de quibus in §. sui insti. de he. qua. & diffe. & in l. in suis ff. de lib. & posthu. & habetur in §. femine insti. de adop. tradit Bar. in l. 3. C. de inoffi. testa. & in l. pater filium col. 2. ff. eo. ti. vsque adeo vt pro exhæredatione habeatur, & sibi querela detur non bo. po. con. tab. vt in d. locis legitur, de quibus supra, & cum non detur bo. po. (quod est notandum,) con. tab. non dabitur quoque ei bo. po. vnde liberi, sed vnde legitimi l. 1. §. recte ff. si tab. testa. nul. exta. not. in rub. C. vnde libe.

Et idem dicendum est, si ipsa mater prætereatur à filio, quod pari modo pro exhæredatione habebitur, nec ipsa rursum bo. po. con. tab. habebit l. cum filium C. de inoffi. testa.

Nec secus (quod nota) si frater à fratre prætereatur, vt in l. fratres C. eo.

Vel si sit præteritio militis l. si cum vel in vtero l. sicut certi C. de mil. testa.

Int.

18 Int. Olim filius præteritus à matre, dicebatur exhæredatus, an hodie etiam istud verum sit, an vero correctum ?

Resp. Hodie, præteritus rumpit & expugnat testamentum §. aliud quoque capitulum in auten. ut cum de ap. cognosci. imò quod testamẽtum nullũ est, ut ibi, & in auten. ex causa C. de lib. præte. & propterea ut ait alibi glo. in l. 1. C. de accu. distingue tempora & concordabis scripturas. est quæ simile in posthumis, qui olim inter ceteros exhæredabantur, hodie uero nominatim exhæredandi sunt aut instituendi, ut in §. 1. 2 3. & 4. insti. de exhe. lib. & in l. fi. in §. fi. C. de lib. præ. & not. glo. proxime allega. in d. l. posthumo C. de bo. po. con. tab. Et hodie etiam in exhæredatione est inserenda cã. ut in auten. non licet C. de lib. præte. glo. in l. 3. in §. ante heredis ff. de lib. & posthu.

19 Int. Duo testamenta producuntur, eadem die facta, nec apparet quod namque ex istis sit prius, uel posterius, cui namque standum est: nemo enim cum duobus mori potuit, nisi miles l. 1. & ibi glo. ff. de iniusf. testa. l. querebatur l. milites §. miles, (red de singula singulis) ff. de mi. testa. ?

Resp. Illi in quo instituti reperiuntur uenientes ab intestato l. hac consultissima §. si quis C. de testa. tradit Bar. in l. 1. in §. non autem nu. 1. ff. de bo. po. se. tab. & est simile in l. si duobus in §. 1. ff. de bo. po. con. tab. vbi testamentum primum iure factum erat, secundum autem non, quia in eo filius erat præteritus, d. l. 1. ff. de inius. l. inter cetera ff. de lib. & posthu. l. posthumo C. de bo. po. con. tab. & tamen dicit ibi tex. quod rumpit primum, & consequenter, quod valet, quia alias non rum-

peret illud, & hoc nulla alia ratione nisi ista, quia in eo fuerant instituti uenientes ab intestato. Vel si unus ex hæredibus institutis, possideret vt dicebat Iacob. Baldui. in d. §. non autem, ut idem Bar. ibi refert, & si neuter possideat, nec instituti sint in in eis uenientes ab intestato: tunc dubitaretur de uiribus testamenti, nec posset adiri hæreditas, quia nec ullus eorum esset hęres, & ut fusius in d. loco.

20 Int. Duo sunt iura inuicem pugnantia in l. si duobus in §. 1. ff. de bo. po. con. tab. ubi si primum testamentum perfectum sit, & in 2. filius in potestate præteritus, tollitur primum per secundum, & tamen contrarium dicitur in l. si filius qui in potestate ff. de lib. & posthu. quomodo igitur ea concordabimus ne unum aliud corrigat l. 1. C. de inoffi. doti. c. cum expediat de electio. in 6.?

Resp. Hoc solo uerbo, quia primo casu erant instituti uenientes ab intestato, ut in simili dicit Bar. in l. 1. in §. non autem ff. de bo. po. se. tab. imò tex. in l. hac consultissima in §. si quis C. de testa. 2. autem non.

21 Int. Vellem scire quare est, quod filius in potestate patris existens appelletur suus, quia uideo, quod etiam clerici sui esse dicuntur, domestici familiares, & commessales episcopi c. fi. de uer. si. in 6. imò & amici, ut per glo. in l. coloni C. in quib. cau. colo. lib. 10. tradit Bal. in l. 1. col. 12. C. qui accu. non po.

Resp. Dicitur suus, quia sibi ipsi quodammodo succedit, propter continuationem dominij, quæ fit in eum, vsque adeo vt viuente etiã patre quodã modo dominus sit §. sui insti. de he. qual. & diffe.

l. in

l. in suis ff. de lib. & posthu & vna eademque per sona cum ipso patre, censeatur, siue pars totius l. fi. C. de imp. & partem intellige, separatam, non continuam, vt pes in homine vel manus. nec ista ratione requiratur hæreditatis aditio, vel aliquod ministerium facti, vt not. in l. cum hæredes ff. de acq. po. & in l. traditionibus C. de pac. & quia libertas per procuratorem dari non potest, & tamen datur à filio l. nec mulierem et ibi not. C. de vindic. lib. alij sui sunt abusiue, inuentaque hinc ipsius fauore principaliter suitas, ęquitate quadam naturali l. cum ratio ff. de bo. damna. Secundario vero fauore patris, arg. in l. & quia ff. de int. ac. et in §. sunt autem insti. de bo. po. et est nomen iuris ita nobile, vt non capiat nisi vnum gradum d. §. sui l. 1. §. sciendum ff. de su. et legi. Triplex plenissima, semiplena, et plena, plenissima quando immiscet se hæreditati paterne, semiplena, quando abstinet se, plena quando nec se immiscet, nec abstinet se. l. filius ff. de acq. he. l. 3. C. de iu. del. not. in l. omnium C. de testa.

22 Int. Solet vulgo dici, quod exceptio debet esse de regula, deque terminis regule l. nam quod liquide § fi. ff. de pe. lega. ibi nisi vinum quod erit Rome, quia si diceremus sic, omnis homo currit, nisi asinus non esset de regula neque de terminis ipsius, oporret igitur quod dicat nisi Petrus, quia est homo, substantiaque corporea animata: vt per Bar. in l. si eum in §. qui iniuriarum col. 2. ff. si quis cau. Et tamen uideo quod aliquando non est, vt in l. qui se patris C. vnde liberi. vbi regu. est iuris ciuilis, et exceptio prætorij, quod scilicet nepos ibi nullo modo de Iure ciuili admitti

D 2 potest,

poteſt, ad ſucceſſionem auitam, et tamen admittitur de Iure prætorio:ergo dictum non generaliter verum.

Reſp. In dubio id verum eſt,alias quando inde poteſt reſultare aliqua abſurditas, regula & dictum generaliter intelligitur, pro vt iacet, exceptio vero eo caſu quo locum habere poteſt, ita Imo. in l. filio præterito col. 14. de inius. rup. irritoque teſta.Corne.late conſi.195.col.3.vol.1.vel dic quod imò d. caſu etiam ſit de regula deque terminis ipſius, quia ius prætorium eſt viua vox iuris ciuilis, l. nam & ipſum ius ff de iuſti. & iu. & fuſius dixi in d. l. qui ſe patris lectu. 2. & etiam 1. ſed aliter. & ad dicti ac regu. propoſitum facit etiam not.deciſio Pau. caſt. conſi. 406. nu.7. vol.1. dicentis parimodo, aliam de qua in l. queſitum in §. denique ff. de fun. inſt. quod firmat regu in non exceptuatis, intelligi debere, ſimilibus, & bene vt ſupra.

23 Int. Not tex. habemus in l. quia poterat ff. ad treb. ibi non enim præſcribi inſtituto debet, cur metuat hæreditatem adire, vel cur nolit, cum varie ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationē, quorundā æris alieni multum. Verbaque hec, omnia intelligo, præter id vnum, præſcribi ſcilicet, inſtituto, ſupple hæredi, non debere, quomodo ſignanter quoque legitur in pandectis floren. nec video, quid commune habeat dictum verbum præſcribere, ſeu præſcriptionem ſonans, cum aditione hæreditatis, vel repudiatione de quibus ibi.

Reſp. Præſcribi ideſt opponi inſtituto non debet, nec reprehendi, ſeu infirmari, eius voluntas,quod elicitur ex verbis ſequentibus, quæ loco rationis,

ſunt,imò quod in eis eſt ratio, quare metuat hæreditatem adire, vel cur nolit, ita exponi debet verbum prædictum, vt ibi declarat Albe. addo ego probari per tex. in l. qui agnitis ff. de excep.ibi an præſcriptio ei opponi poſſit,& in fi.ibi,præſcriptioni locum non eſſe.

24 Int. Si quis dixerit ſe nolle adire hæreditatem matris (ſupple ſibi delatam) nunquid poſſit poſtea mutata voluntate adire,antequam conſanguineus vel agnatus adeat : dubitatur alibi, in l. filij ff. ad tertu. & reſpondet I. con. ibi quod ſic, quodque penitentia eius, vſque ad annum admittenda eſt, de duobus dubitare contingit, primum eſt, quare ſic poſſit adire, cum repudiatione videretur ius queſitum conſanguineis ſeu agnatis,quod ſibi auferri non debet l. id quod noſtrum ff. de regu.iu.l. fi. ff. de pac. Et ad idem facit regu. quod ſemel placuit, de regu. iu. in 6.& in l.ſicut C.de ac.& ob. & in l. poſt mortem ff. de adop. ſecundum, dato quod poſſit, cur ſic penitentia vſque ad annum admittatur?

Reſp. Vtrunque reſoluit ipſe met I.con.ibi:primũ, quia hec verba, ſi nemo filiorum volet hæreditatẽ ſuſcipere, ſunt extenſiua, verum eſt quod non aperit quo in loco eſſent, ideo dic tu & declara, quod erant in lege XII. tab. quam, ius antiquum etiam, vocat, & habetur in l. 1. in §. ſi nemo ff. eo. ti. ſicuti vocat quoque & in l. celſus, in §. fi. ff. de lega. 2. ſecundum vero, quia & ipſa bo. po. (intellige vnde legitimi l. 2. in fi. ff. vnde legi.) annalis eſt l. 1. §. largius, ff. de ſuc. edic. l. pe. §. 1. ff. quis or. in bo. po. ſerue. & quamquam conſanguineis ſeu agnatis, ius queſitum videretur,nec poſſit quis venire

nire contra factum proprium, erat acquisitum tamen, reuocabiliter, & poterat venire legis auctoritate. Quomodo iura præallega. limitantur, vt ibi not. doct.& maxime in d.l. fi.& in d.l.post mortẽ & est simile in l. nonnunquam ff.de colla.bo.

25 Int. Si rusticus contra quem agatur, positioni respondeat, & dicat nego me non teneri, an confiteri videatur se esse debitorem ?

Resp. Dubitabam ego alias, quia due negationes faciunt vnam affirmationem l. duobus ff. de uer. si. Et quia in dubio à regula recedere non debemus l. ab ea parte ff. de proba.

Considerando adhuc cum potuerit simpliciter negare se esse debitorem, sic dixerit, usque adeo ut omnio sit imputandus, arg. in l. ueteribus ff.de pac. & in l. 2. in §. si quis ff. si quis cau.

Imò quod dictum eius recipit interpretationẽ legalem,non in facto consistentem,inquit Bal.consi. 314. ad fi. uol. 2.

Sed tamen contrarium uerius est,ut tenuit Cy. Benedic. de plumbi. Ange.de Vbal. & alij in l.qui se patris in glo. 3. in prin. C. unde libe. exponitur quæ nego, idest negando dico, & ad regu. respondetur (licet ipsi nihil dicant) quod fallit de communi usu loquendi,ex quo alia etiam dubitationẽ facientia tolluntur, & est responsio generalis, qua ita etiam declarat Io. parisien. in tracta. de primogenitu lib. 1. q. 2. col. 4. & est arg.in l.librorum in §. quid tamen cassius ff. de lega. 3. & in l. labeo. ff. de sup. lega. sed in specie quoque respondetur, quod nec prædicta locum habent in rustico, sic respondente, utpote homine grosso, quandoquidem mens ipsius, & non uerba attendi debeat,quę est,

est, quia negando credit agentem perimere, & nõ fundare l. si is qui ducenta §. vtrum ff. de reb.dub. tradit Bal. pulchre in l. 1. col.6.C.de ser.fu. vsque adeo ut præter primam negatiuam, etiam si plures forent omnes abundent c.& si Christus de Iure iu. Bal. in loco præallega. not. in c. 2. de consti. in 6. & dixi ego in d. l. qui se patris in 2.lectu.nu.48.

26 Int. Certum enim est, quod ordinarius iudex, potest ius reddere, in qualibet parte sue diocesis c. cum episcopis de offi. or. in 6. Bal.in l.testamenta col. 2. C. de testa. & in l. 3. in prin. ubi idem in Rege dicit,quod potest in quacunque parte regni pariter protribunali sedere,& per se ipsum iudicare ff. de offi. præsi.& in l.more maiorum, per illum tex. à quo dicit rursum canonistas, sumere diffinitionẽ iudicis ordinarij,in d.c. cum episcopis, col. 3. ff. de iu. o.iud. & idem in summo pontifice Are. consi.58.col.2.verum dubito, an istud uerum sit in distincte?

Resp. Non si causa esset parua,imò hoc casu, si uellet cognoscere & iudicare in loco sue diocesis, nimis remoto à domicilio partium, quod possent petere, cãm ipsam commiti debere,& cognosci in loco propinquo, & si hoc facere recusaret à iustitia denegata poterunt appellare casus est in l. cũ post C. de ap. & fuit not. dictum Ancha.in c. non nulli, in prin. & Feli. post eum ibidem, de rescrip. & etiam col. 33. & obseruandum est quod duo hec concurrere debent,ut cogatur causam cõmitere, quodque alterum non sufficeret ut aliqui uoluerunt, & male, modicitas cause, & loci remotio, & declarat idem Feli.in d.c.nonnulli col.2. et est arg. in l. cum hij in §. si Prætor ff.de transac.

Int.

27 Int. Reus crimen cõfitetur; postea penitet eum & appellat forte, quia errarat in facto, iuxta tex. in l. error C. de iu. & fac. igno. ubi ad literam dicitur, quod erronea confessio potest usq; ad sententiam reuocari, quodque error facti nemini nocere debet, & probatur quoque in l. qui familie ff. fami. her. & arg. præstat ad regu. l. cum præcum C. de libe. cau. ubi quis narrata in libello confiteri uidetur, prætextuque erroris (ut dixi) tempore debito confessionem, corrigere potest pariter, & nimirum, quia non tam confiteri uidetur, quam decip i l. fi. ff. de consti. pecu. Bal. consi. 307. col. 2. uol. 5. & maxime si sit error proueniens à facto errantis proprio, quoniam si cõmunis, uel proueniret à facto aduersarij, non ipso iure corrigi posset & reuocari, sed opus esset restitutione in integrum, ut idẽ Bal. docet in l. quęsitũ in prin. quãdo ac. de pecu. est anna. nunquid igitur appellãs, isto in casu audiatur?

Resp. Glo. in l. creditor in §. iussus ff. de ap. sensisse uidetur quod sic, alibi uero in l. non tantum ff. eo. distinguit, quod aut confitetur crimen ante sententiam, aut post, ut primo casu non audiatur, secundo autem sic, per illum tex. tradit Bar. in l. constitutiones nu. 3. ff. eo. & dicto primo casu, multo minus appellare poterit, si confessus sit, & conuictus l. 2. C. quo ap. non recip. Bar. in d. l. constitutiones. Et forte procedit, ueraque est distinctio prædicta quando primo casu, non est inserta cã. alias admitteretur appellatio d. l. error C. de iu. & fac. igno. c. Romana §. si autem post sententiam de ap. in 6. simpliciter tamen, prout iacet, dictam distinctionẽ refert & sequitur Bal. in Marga. sua in §. confessio, nu. 33.

Int.

28 Int. Duplici uia cõiter proceditur in criminalibus, una accuſationis, & inquiſitionis alia. Sed quę differentia eſt, inter iſta duo, idẽ enim reſultare uidetˀ effectus, ut puniatˀ reus, & ne delicta remaneãt impunita, imò quod intereſſe iſtud eſt reip. l. ita vulneratus, ff. ad legẽ aqui. l. cõgruit ff. de offi. præſi. c. ut fame de ſen. exco. uel igitur accuſetur, uel inquirat ex officio iudex per omnia idem eſſe uidetˀ.
Reſp. Licet reſultet idem effectus, uie tamen diuerſe ſunt procedendi, patet (ut dixi) quia uno modo impartitur officium ſuum Iudex requiſitus, alio non, l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. l. ubicunque ff. de int. ac. Et plus, quod reus, uno modo punitur acrius, per accuſationem ſcilicet, quam per inquiſitionem, quod tamen uerum intelligitur, niſi de crimine conſtet per confeſſionem, quia tunc puniretur pena ordinaria quamquã graui, non attento ordine procedendi l. proinde ff. ad legem aqui c. 2. de confeſſ. Feli. in c. qualiter & quãdo, col. 6. de accu. & de iure Canonico, non ciuili, quoniam iſto quoque caſu pœna foret æqualis l. 4. C. de ſep. uio. not. in l. ordo ff. de pub. iud. & in l. 2. in §. ſi publico ff. ad legem iuli. de adul. idẽ Feli. in c. inquiſitionis, col. 3 de accuſa. differunt quoque, quia ſi accuſando iudex procedat, iuriſditionis prorogatio fieri poterit, non autem ſi inquirendo, ut not. in l. 1. C. vbi de cri. agi op. idem Fel. adhuc in c. ad petitionẽ col. 7. de accu. Et ad idẽ facit, quia alia eſt accuſationis forma, & alia inquiſitionis, inque iſta ponũtˀ illa verba sẽper, diabolico ſpiritu inſtigati: in accuſatione vero non, quorũ ſignificationẽ Bal. in c. 1. de cohabi. cle. & mu. explicat, dic ut per eum. Et nota vltimo, q̃d ea prohibi-

ta accusatio semper permissa est l. ex rescripto §. si quis accusatorē ff. de mu. & ho. Bal. in l. cum mulier col. pe. ff. sol. mat. quodque triplici de cā iudici permittitur, ex officio, ut supra absque accusatore, prima est suspitio grauis, secunda scandalum populi, tertia infamia præcedens, vt pulchre declarat Pet. de bella per. q. 286.

29. Int. Aduersatiua debet esse eiusdem generis, & aduersari cum omnibus qualitatibus orationis, cui aduersatur, vt per Bar. in l. mariti in §. fi. ff. ad legem iu. de adul. & in l. prætorie in §. 1. in prin. ff. de præto. stip. & in l. hoc amplius in §. de his autem ff. de dam. infec. exempli gratia, si dicatur scholares legunt, Petrus autem currit, quia intelligitur, quòd Petrus sit scholaris, vel si in statuto reperiantur hec verba. Extantibus masculis femina non succedat, testamento autem facto in eo quod sibi relictum est, quia intelligentur pariter, extantibus masculis, vt in locis præallega. legitur, nōnihil Cy. in auten. sacramenta puberū super illis verbis, per vim autem, in prin. C. si aduer. ven. & Bal. pulchre consi. 421. col. 1. vol. 3. vsq; adeo inquit Alex. (quod idem tamen est) vt omnia intelligantur repetita, exceptis his quibus aduersatur, in l. si filius à patre in prin. col. pe. ff. de lib. & posthu. Si materia tamen & verba patiantur, vt idem Alex. in pulchro casu declarat cōsi. 117. nu. 16. vol. 6. & consi. 154. nu. 11. eo. lib. Corne. consi. 94. nu. 16. vol. 1. & consi. 286. nu. 10. & consi. 303. nu. 15. & consi. 304. nu. 7. eo lib. subijciens ipse etiam, post Saly. nouissime in l. vinum ff. si cer. pe. & ad propositum Bar. in locis præallega. quod non stabit proprie, si casus eam sequens, in terminis præcedentis non

non loquatur, ſumpto arg. quoque, ex l. ſeie §. gaio. ff. de fun. inſt. Sed quid in copula, an copulare intelligatur pariter ea quæ ſunt eiuſdem generis, ita vt ab aduerſatiua in hoc non differat?

Reſp. Sine dubio copulare intelligetur caſus eſt in l. cum delanionis in §. aſinam molendinariam ff. eo. & in l. vinum in §. cui dulcia ff. de vi. tri. oleoque le. tradit Bal. in l. ſi auie in prin. C. de ſuc. edic. & in ſtatu. in §. filius nu. 11. quotidianumque eſt, ſic exemplificando, ſtatutum dicit, quod filij & nepotes, fœminas excludant, & hoc caſu de filio fratris, non intelligetur, quia non eſt proprie nepos, l. liberorum appellatione ff. de ver. ſi. l. iuriſconſultus ff. de gradi. idem Bal. pulchre in l. vxor col. 1. C. qui ac. non po. & in c. 1. in §. ſimiliter in fi. quibus mo. feu. amit. in vſib. verũ ſi dicat̃, quod fratres & nepotes, excludãt, ſecus, quia filius fratris tunc nepos dicetur, & copula copulabit ea quæ ſunt eiuſdem generis, & vt ipſe Bal. fuſius ait in locis præallega.

30 Int. Iudeus Chriſtianam mulierem, carnaliter cognouit, meretricem tamen, dubitabatur, qua pœna puri deberet, ex quo aliqui dicebant capite. c. 1. de iude. c. non nullis C. eo. aliqui vero fore arbitrarium iudicis extra ordinem, niſi aliud delictum aggrauans huic acceſſiſet, vt raptus vel ſtuprum, quia tunc ſecus l. 1. C. de rap. vir.

Reſp. Vltimum verius eſt, & communis opi. & tradit Alex. conſi. 99. col. 2. vol. 6. & conſi. 13. col. 1. vol. 7. & eſt caſus in l. quę adulterium in fi. ibì quas vite vilitas, dignas legum obſeruatione non credidit C. ad legem iu. de adul. & quod pœna ſit arbitraria probatur in l. 1. in §. expilatores ff. de effra-

cto.& testatur Old. consi.vlti. cuidam incisa fuisse virilia,cui erat nomen Pandonus,ea quę vidisse an te palatium Auinioni, eo tempore quo præerant magistratui.D.Roy. de apulea, & D. Anto.de cruce, quem refert & sequitur Boer. decisio.316. col. 3.par.2.multa decisio.317.col. 4. ea. par. & Pet. de vbal.nouissime consi. 29.& Francis.de Placē.consi. 84.col.vlti.criminalim uol. 1.

31 Int. Dicit statutum quod stetur libris mercatoris,mercator fecit partitam, quæ nō pertinebat ad mercaturam, an ei credatur ?

Resp. Prima facie uideretur dicendum quod sic,ex quo statutum simpliciter loquitur, nec distinguit, usque adeo ut nec nos distinguere debeamus,uulga. l. de precio ff. de publicia quoniā uere liber est mercatoris, quamquam partita, ad mercaturam non pertineat. Et quia subesse uidetur quid quod imputari potest statuentibus, cur hoc ipsum non expresserint, legem apertius dicentes, arg.in l.unica in §.fin antem in uer.fin uero C. de cadu.tol. & in l. ueteribus ff.d.pac. Tamen contrarium uerius est,ex quo limitata cā,limitatum producit effectum l. in agris ff.de acqui.re.do.l.cancellauerat ff.de his quæ in testa.de.ita ut(quanuis non distinguat,nec istud aliter explicite dicat)hac regula stā te, dicat saltem uirtualiter, & implicite distinguat & ideo in simili (quanuis expressum non sit si fratres teneant indiuisam patris hæreditatē, & simul habitent ad unamque mensam comedant,ac communicent,non omnia lucra, undecunque ex questu prouenientia,sed unius negociationis tantum, non uuiuersalis societas, sed limitata solum quo ad ipsam negociationem resultabit, ut tradit Bar. in

in l. Titium & Meuium in §. altero ff. de admi. tu. & in l. si patruus ubi etiam Bald. Salyc. Fulgo. & omnes C. communia ut. Iud. & Corne. late con si. 9. col. 1. uol. 1. facit etiam ad propositum tex. in l. & ita in §. at hoc edicto ff. nau. cau. sta. ubi nauta tenetur quando recipit ut nauta, & non si ut amicus uel uicinus. Et ad idem dicit Bar. rursum in l. si. in prin. per illum textum ff. eo. quod exercitor non tenetur ex facto nautarum, nisi delinquant in naui. Nec potestas de facto familie, nisi in officio delinquat pariter, late Feli. in c. cum ordinem col. 4. de rescrip. & in c. si quando, col. 2. & ibi dictum de quo supra in mercatore, ita decidit (& sic in terminis) de officio de. Et pulchram ponit in simili q. Boeri. decisio. 213. nu. 16. par. 2. si concessio facta sit militi, à rege, ut possit, pro se & familia sua ligna foreste capere, qđ quilibet hæredũ idem facere possit, sed nõ si sub nomine particulari facta sit, puta pro se & duobus filijs suis, & ut ipse fusius.
32 Int. Solet uulgo allegari hoc non dicit lex, siue statutũ, ergo nec nos dicere debemus, l. si seruum §. non dixit Prætor ff. de acq. he. l. unica §. sin autẽ uer. sin uero C. de cad. tol. l. si uero §. de uiro ff. sol. ma. §. cum igitur ibi, nec est lex, quæ hoc dicat, in auten. de non eli. secun. rub. l. 3. ff. de offi. præsid. c. ad audientiam de deci. & idem in actis, quod ubi non loquuntur nec nos loqui debemus, dicit tex. in c. quoniã contra ad fi. de proba. Bal. & Fel. post eum, in c. cum bone, in prin. eo. ti. Et in instrumẽto sic etiã tradit idem Bal. in c. Rodulphus de rescrip. & in c. uenerabilem de elec. plene Alex. consi. 48. col. 3. uol. 4. sed ad quid seruit nobis istud, & si uerum est, est ne uerum indistinctè?

Resp.

Resp. Ad multa seruit nobis primo, quia innuit no strum non esse legem extendere d. §. de uiro arg. nouissime in l. de præcio ff. de publicia. Et ideo si in statuto fiat mentio mandatarij tantum, non comprehendetur mandans, inquit adhuc & decidit Bal. in l. sed eximendi in §. Prætor ff. ne quis eum qui in ius uo. fue. ui exi. quod nota. Et si in fauorem bannitorum debebat aliquid reformari pœnaque imposita sit reformantibus, non tamen imposita erit proponentibus, si reformatio non fiat, dicit rursum, in l. 1. ad fi. C. si rec. prouin. & in statu. in §. reformare nu. 2. ad idem subiiciens in d. l. 1. quod licet episcopus excommunicet eligẽtes, ob id tamen excommunicati non erunt dantes uo cem in scrutinio, quamquam istud præambulum sit ad electionem c. quia propter de elec. hecque omnia, quia statutum penale, non recipit interpre tationem extensiuam, & multa amplius quod iste sit arguẽdi modus, & in materia priuatiua quodq; erubescamus aliquid sine lege disponere congerit in auten. ex testamento col. fi. C. de secun. nup. & inquit in l. certum col. 4. C. unde legi. quod tutor testamẽtarius uel datiuus, succedens pupillo, aliis deficientibus bo. po. non habebit, quandoquidem edicto non caueatur. Et in statu. in §. bannitus nu. 17. quod si statutum bannitum puniat, pœna ca pitali, eidem bona non auferentur. Et in §. deuetum nu. 1. eo. lib. quod qui perdit asinum, non perdit salmam, in pœnã, uel ecõtra si statutum non di cat. Et in §. concordia nu. 3. eo. lib. quod si dictarit rursum, de quolibet maleficio præterquã de ho micidio concordium fieri posse, cum eo fieri non poterit, qui mandauit homicidinm committi.

Est

Est uerum, quod hoc ipsum (ut secundum resol uatur) non est uerum indistincte, quia si materia subiecta dictarit, prestabitur omnibus interpretãdi uia cle. exiui de uer. si. declarat Bal. in l. omnes po puli ad fi. ff. de iusti. & iu. & post eum Alex. consi. 48. col. 4. vol. 4.

33 Int. Filius non poterat de iure antiquo, adire hæreditatem, nisi iussu patris l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acq. he. & rationem assignat I. con. in l. qui in aliena in prin. ff. eo. ne scilicet alieno æri pater obligetur inuitus. Sed quid hodie, poterit ne sine iussu id facere ?

Resp. Poterit vtique, & est casus in l. cum non solum in prin. C. de bonisque lib. obidque dicit ibi Cy. (ut glo. in l. 1. C. de accu.) distingue tempora, & concordabis scripturas. Et non ab re quia olim, quicquid acquirebat filius acquirebat patri, l. placet. ff. de acq. he. igitur nimirum, si inuitus obligari non poterat, sique iussus præcedere debebat verum hodie ipsi filio delata hæreditas, acquiritur, & solus vsusfructus patri d. l. cũ non solum l. cum oportet C. eo. ideo iuris antiqui ratio cessat, & cõsequẽter dispositio, vulga. l. adigere §. quanuis de iu. pat. c. cum cessante de ap.

34 Int. Iussus patris, in aditione hæreditatis, præce dere olim debebat (vt proxime dictum fuit, & not. in d. §. iussum Bal. pulchre, in l. 1. ff. quod iussu, in prin. post Inno. in c. cum consuetudinis de cõsue. & in c. dudum de reb. ec. non alie.) nota tamen, quod dicitur præcedere si eodem contextu adeat vt inquit Ange. in l. is qui hæres in §. neque ff. de acq. he. & non ab re, quia alias æri alieno obligari potuisset inuitus & male d. l. qui in aliena. ff. eo.

Sed

Sed cur namque alio casu ratificatio sufficit, & iussui æquiparatur, exempli gratia dictat statutũ, syndicum, auctoritate præsidis constitui debere, & nihilominus si sine eo constitutus sit, ualet constitutio, & ratificatio (vt dixi) sufficit l. 2. C. de iu. fi. lib. 10. l. si quos de decu. eo. lib. c cura de iu. pat.

Resp. Quia auctoritas Præsidis est quædam confirmatio, cuius natura est, quod actum sequi possit l. omnium C. de testa. tradit Bald. in d. §. iussum, & in statu. in §. præses nu. 1. vel dic (vt idem dicit in d. l. 1. ff. quod iussu.) quod cum iussus, sit adiacens quoddam, & quidem indiuiduũ ab actu, medium tẽpus vitiat, l. cum antiquitas C. de testa. vel & tertio, quod est solemnitas, actum respiciens prout in esse producitur, vsque adeo vt inuitatio actus requiratur. In auctoritate præsidis alioque simili casu, haud considerabile l. obligari §. pe. ff. de aucto. tu.

35 Int. Si ego dubitarem de stabilitate testis, maledictus est enim hõ, qui confidit in homine (vt ille ait) & maxime in teste, qui varius est, & modo vnum quandoque dicit, modo aliud posset ne cautela, qua mihi consultũ esset hoc casu, doceri?

Resp. Posset vtiq;, si operam studiose dabis quod vnum dicat extraiudicium, coram testibus, quia si postea dixerit contrarium in iudicio, punietur de falso, l. eos. C. ad legem cor. de fal. & ibi Bar. ad fi. Abb. in c. inquisitionis in §. tertie dubitationis, vbi Areti. quoque de accu. Ancha. in cle. 2. ad fi. de testi. Feli. post But. in c. cum in tua, col. 3. de testi. Corne. consi. 58. col. 2. vol. 1. idem Feli. in c. sicut in prin. eo. ti. de testi. & in c. venerabilis in fi. de testi. cogen. & Pet. de ubal. de Peru. consi. 28 crimi

nalium

nalium vol.1.& si dixerit contrarium (vt declarauimus) verū erit, quoniā alias si vnū extraiudiciū aliud uero diversum, in iudicio, de falso puniri non debebit, ut docet Bal. (Bart. reprehendendo qui etiam ita in d.l. eos sensisse videtur, non tantum primo modo) consi.486. vol.3. & consi.471. col.1.vol.2. Alex.consi.63.col.1.vol.1.& cōsi.251. in prin.vol.6.& consi.29.col.3.vol.7.Imo.consi.4. col.1.pulchre in decisio Tholosan.376. & ita etiā declarat Alex.consi.180.col.vlti.uol.2.

36 Int. Contra præsumptionem iuris & de iure, nō admittitur probatio in contrarium l.antique.C.ad velleia. Vnde (vt ibi dicit Bal.) instrumenta confessionata, huiusmodi sunt, & executioni mādātur, quod tamen verum est, si statutum de eis loquens, non præsumendo, sed super obseruantia statuendo procedat, vt idem Bal.dicit in d.l.antique, & in statu.in §.instrumētum nu.41.& iuris dicitur, quia à iure introducta est, de iure vero, quia super ea lex inducit firmum ius, eamque pro veritate habet & est ubicunque aliquid lex præsumit, & super prę sumpto aliquid statuit l.fi.C.arb.tu auten.sed iam necesse C.de dona.ante nup. Ange.in l.si duo ad fi. ff.de acq. he. late præpo. in c. is qui fidem in prin. de sponsa. Et ideo licet vna præsumptio, tollat aliam l. diuus. ff. de resti. in int.non tamen tollit si fuerit iuris & de iure, ut per Ange. in d. l. si duo quod nota, ad limitationē regu.d. l. diuus, & adeo efficax est, vt siquis se fundauerit super matrimonio vero, obtineat probando præsumptum, prę sumptione tamen iuris & de iure vt inquit Abb.in c.per tuas col.1.de condi.ap.& nimirum, quia tantum operatur, quantum veritas in foro iudiciali,

inquit idē Abb. in d. c.is qui fidem in prin. sed an istud sit indistincte uerum ?

Resp. Non, sed aliquo casu limitatur, vt per Feli. in c. quanto col. 3. de præsump. quinque modis scilicet vt ibi per eum. adde ad primum admitti probationem in contrarium, confessione partium, vt etiā dicit Alex. in rub. de acq. he. col. 3. & Bar. per illum tex. in auten. de æqua. do. in prin. nu. 13. & exclamat memorie commendandum esse, & idem Alex. in l. si is col. 4. ff. de acq. he. tradit, quamquā sententia sit huiusmodi, habens scilicet persūptionem iuris & de iure l. ingenuum ff. de sta. ho. quod tamen admittit pariter ex confessione partium probationem in contrarium, non nihil; consi. 112. col. 2. vol. 4. & consi. 47. col. 2. vol. 6. & amplia verum fore siue confessio fuerit vera vel ficta secundum Bar. in l. absentem ad fi. ff. de pen. declarat adhuc Feli. in c. quoniam contra col. 16. de proba. Secūdo adde ad tertium admitti, si facta sit probatio, parte non opponente, seu non resistente, vt dixit etiam Alex. vltra eum, consi. 77. col. vlti. vol. 2. attestatus amplius hoc dictum docto. sequi vbique, & nimirum, quia multa facta tenēt quę tamen à principio fieri prohibentur l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & est simile in spoliato, qui ante omnia restituendus est, nec dominij questio, admittenda, l. si quis à se fundum C. ad legem iuli. de ui. & tamen si probationi dominij non resistat succumbit, vt not. in c. 1. de rest. spo. in 6. & in l. naturaliter in §. nihil commune, ff. de acq. po. Tertio adde tu alium casum, quia si sit contra personam legalem & fide dignam, admittitur nihilominus probatio in contrarium, ut in simili inquit Feli.

li. met in c. quia verisimile col. fi. de præsump. not. in c. 1. de confe. in 6. Et his stantibus, quòd in aliquibus casibus fallat regu. verum erit etiam dicere, quòd eam firment in casibus non exceptuatis l. quæsitum §. denique ff. de fun. instruc. Et nota, qd̄ præsumptio hominis nō est probatio, nec releuatio ab onere probādi, legis vero, releuatio, sed non probatio, iuris autem et de iure probatio & releuatio, ita pulchre Bal. in c. bone nu. 2. de electio.
37 Int. Mulier post mortem mariti seruando uitam uidualem, retinet priuilegia ipsius & matrimoniū durare præsumitur l. fi. C. de bo. mat. l. fi. C. de uer. si. l. fœmine, ff. de Senato. melius quam alibi in l. filij in §. uidua. ff. ad municipa. Guid Papa decisio. 349. col. 1. & decisio 380. Archid. in c. si quis de sep. iu. 6. usq; adeo ut appellatione uxoris ueniat etiā uidua, dicunt docto. in l. titia seio in § usuras ff. de lega. 2. præsertim Iaco. de are. & Bar. & Alex. cō si. 20. col. 2. uol. 2. Et licet stante statuto (ut occurramus tacite obiectioni) quod uxores bannitorū non possint stare in ciuitate, possitque tamen uidua ut not. in d. §. usuras, id non est propterea, quia nō ueniat uxoris appellatione, sed quia mortuo marito est finita cā odij, quod declarat Alex. in præallega. consil. 20. & Bald. in l. fi. per illum tex. C. de iniur. & in l. uoluntas col. 1. C. de fideicom. & in l. fi. C. qui ad lib. perue. non po. & adeo uerum quidem ut legitur legibus & statutis urbis, in qua maritus domicilium habebat, ut inquit Imo. consi. 1. col. ult. & consi. 73. ad fi. & maxime mirandum est, quomodo sic Alex. in l. 1. C. de in ius uo. dixerit, qd̄ ille tex. loquens in uxore patroni, non habeat locū, eo mortuo, quandoquidem obstet tex. in d.

§. uidua,& aduertit ibi Dec.seni.& bene, sed scire cupio etiam,an aliquo casu,decisio d.§.uidua & similium,limitetur,desinat ne esse de domicilio uiri,& an priuilegia perdat sibi à lege concessa?
Resp. Desinit absque dubio, priuilegiaque omnia perdit,si uiuat impudice, primum,ut tradit Ange. in l.cum quædam puella ff.de Iu. o. Iud.& Saly. in l.his solis C.de reuo.do.& Abb. in c. uxoratus in prin.de conuer.coniug. & Bal.in l.quæ sub conditione col.8.ff.d.condi.insti.& Feli. in c. pastoralis col. pe. de iudi. & est arg. in c. plerunque de do. int.ui.& uxo.& in c.quintauallis de iuriu.& in l.sororē C.de his quib ut indi.& si transeat ad secūdas nuptias l. mulieres C. de digni.lib.10. & est arg. in auten.sacramētū,& in corpore vñ sumitur C.quan do mul. tu. offi. fun. & ob id primo marito fidem frangit, inimica detegitur, deque morte ipsius sic gaudere uidet̄ l.sed si hac ff.de in ius uo.c. si nupserit 27.d.l. pater seneriuam §.socrus ad fi.ff.de condi.& de.l.cum in fundo §.sed si ff.de iu.do. Et nota (dictuque mirabile est) quod hoc casu uasallus eam carnaliter cognoscens, non amittit feudum, alias sic,quia tenetur seruare pudicitiam eidem,ac si dominus uiueret, ut pulcherime declarat Iser.& ibi fusius Afflic.in c.1.in §. fi. col. 2. & 3. de feu. si cul.non amit.in usib.|& seruiunt hec ad ea quæ habentur in c.1.in §. 1.quib.mo.feu.ami.eo.lib. & in rub. extra de iudi.
38 Int. Doctori legenti notariā,dari solebant quotannis pro tempore quo profitebatur floreni 50. duo hoc anno ad d. lecturam fuerunt deputati, ab Illustriss. Dominio Veneto nihil dictum est, in parte capta, an salarium inter eos diuidi debeat du-

dubito, an uero quilibet florenos 50. habere debeat ?

Resp. Est uerum, cum uterq; uocatus sit ad indiuiduam quandam sollicitudinem insolidum, quod nec ista ratione, labor diuisionem recipit nec consequenter pecunia, l. scio in prin. & à contrario sensu ff. de an. lega. & maxime, quia (ut inquit Bal. in l. 1. ad fi. C. de suffra.) tex. ibi, in labore atque opere mecanico inque pecunia eo prætextu promissa intelligi debet non in salario, quod datur honoris cã, ut istis & similibus, puta aduocatis, & assessoribus. Sed tamen, contrarium uerius est, cuilibet pro parte deberi scilicet & inter eos diuidendum esse l. reos §. cũ in tabulis ff. de duob. re. imò quod est ad literam casus in l. restituende ibi pari lance, in utrumque diuidendam C. de aduo. di. iud. & sic facient sibi partes per concursum, & cum salarium unicum sit, adiectione personarum (ut dixi) diuidetur l. cum fundum ad fi. ff. de condi. & de. & in simili ita etiam declarat Bal. in statu. in §. assessor. nu. 3. & in §. brauium nu. 1. & quia etiam si ipsi, cũ se obligauerint ad legendum, pro uirili obligati sunt d. §. cum in tabulis, Corn. consi. 71. nu. 4. uol. 1. æque conueuit ut salarium sic quoque sibi debeatur, & inter eos (iterato dixerim) diuidatur, non nihil idem Bal. d. l. si ut certo ad fi. ff. commo. & consi. 465. in prin. uol. 5.

39 Int. Vulgata sunt uerba legis, sic dicentis. Omnia nostra facimus quibus a nobis auctoritas impartitur l. 1. §. omnia C. de uete. iu. enu. c. si apostolice de præben. in 6. & ob id, dixit arg. hinc sumendo Bal. in c. 1. nu. 5 de iure iu. quod episcopus qui relaxat iuramẽtũ ralaxare videt auctãte Cãonis de

le-

legata vel ordinaria & sic ipse Deus facere videtur & in c.præsentata, col.3.de test. quod omne quod sumit esse ab alio, eiusdem qualitatē sapit pariter, & cōcordat tex.in l. lege obuenire ff.de uer.si. sed an istud ita ruditer, aut generaliter intelligi debeat, siue ualido, siue inualido actui impertiatur ?

Resp. Non, sed si impertiatur actui inualido, quoniam hec est natura cōfirmationis, vbi alias approbantur validi, & inde dicimus quod inualidus rursum, à confirmante denominatur, nō à cōfirmato: imò inquit Aret. quod proprie cōfirmatur id quod non valet, in rub. de consti.col. 1. per not. in l. & quia ff.de iu. o. iud.& in c.inter dilectos de fi.inst. & Bal. alibi quod tunc confirmatio inducit effectum in actu in l. 1. in prin. C. de testa. tu. et nota quod oportet quod cōfirmatio sit specialis, quoniam si generalis, non adderet robur inualidis, ut per scriben.in l.1.ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. et in c.1. de lege Cor.in vsib. tradit idem Bal. in c. 1.nu.3.de confir.uti.vel inuti.multa Bal. in l. more col. 2. ff. de iu. o iud. & Feli.in d.c.inter dilectos, col.8.et 9.de fi.inst.

40 Int. Vulgo dici solet, quod pœna debet tenere suos auctores l. sancimus C. de pen. l. 2. ad fi. ibi quia nihil deliquit ff.de eo per quem fac.erit, Bar. in auten.ut omnes obedi.iudi.prouin. in prin.col. 2. nec aliter ad Ro. Pau. c. 13. quando dicit anima quæ peccauerit, ipsa morietur, et hac ratione etiā in l.frater à fratre ff.de condic.ind.not. publicatis bonis patris, propter delictum, quod non propterea erit publicatum peculium profectitiū, ex quo priuarerur filius administratione, quæ priuatio, pœna est l. testamento centurio ff. de ma. testa. nemo

autem

autem ex alterius delicto puniri debet d. l. sancimus, ergo.

Sed quid volunt sibi verba illa Maiorum tuorũ exẽpla, tibi præiudicant, vel & melius, Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt, ut per glo. in auten. ut omnes obed. iudi. prouin. in uer. secuta & originaliter Ieremi. c. 31.

Resp. Quod plerunque filij portant iniquitatem patris, & puniuntur, uel propter delicti magnitudinem puta hæresis, perduellionis, idolatrie, vel in feudo, vel aliqua alia ratione, ut infra, hæresis, ut per Cy. in l. quisquis in 6. q. C. ad legem iu. ma. & Iaco. but. in l. manicheos C. de hære. & Feli. in c. vergentis ad fi. eo. ti. perduellionis vt in d. l. quis quis, vbi casus expressus. Idolatriæ vero ut in pueris, Heliseum deridentibus, qui ab ursis deuorati sunt, quippe quod, parentes huiusmodi habuerant hoc est idolatras vt reg. 4. c. 2. in feudo autem ex ipsius consuetudine, quæ est, delictum patris nocere filio, c. 1. si ua. feu. priue. in vsib. tradit Bal. in c. 1. in §. insuper col. 2. de prohi. feu. alie. per fed. co. lib. & alia ratione quandoque, ne ex nefaria domo forte supersint, & aut patres imitentͣ, aut facinus uindicent, vt in filijs Hannonis Chartaginensis, qui Innoxij supplicio hac de re, affecti fuerunt, quandoquidem animum ipse Hãno. ad dominationem occupandam intendisset. & cum hij casus præcipui præter alios sint, firmant regulam in non exceptuatis l. quæsitum §. denique ff. de fun. inst. quod scilicet iniquitatem patris non portent, neque ex delicto ipsius, cõmuniter puniãtur d. l. sancimus l. quod uero contra l. ius singulare ff. de legi. c. præsenti §. loca de præben. in. 6.

Int.

41 Int. Imperator dictus est ab imperando, pater imperat filio, Dominus seruo, & tamen nec iste, nec ille est Imperator, imperant rursum seniores iuuenibus, legitimi nothis, indigene aduentitijs, & dominãtur deniq; probata atque sana languidis nec tamen Imperatores (ut dixi) sunt aut vocantur. quomodo igitur dilemma istud soluemus?

Resp. Facile quidem, si dixeris vt dicit Bar. in prohe. insti. in prin. col. 7. quod Imperator ab imperio uniuersali dictus est, quippe quod antonomasicè omni creature imperare potest, ex quo mundi dominus est l. deprecatio, ibi Antoninus dixit Endemoni, ego quidem mundi dominus sum lex autem maris, ff. ad legem rho. de iac. & nõ ab imperio particulari quemadmodum Dominicum, Paternum, & aliorum vt supra, debetque intelligi, quod mundi dominus sit ratione iurisditionis, & administratione, non rerum particularium, ac priuatorum, quamquam Marti. Federico primo cognomento Barbarossa, apud Roncalias dixerit contrarium, timore vel amore vt refert glo. in. l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. & male, quoniam sic etiam posset agere, rei vendicatione, quę tamen datur domino tantum rei. l. in rem. ff. de rei. vend. forentq;. alias duo domini eiusdem rei insolidum, non dicẽdum l. si vt certo §. si duobus vehiculum. ff. cõmo. & ita declarat Cy. & bene in d. l. bene à Zenone in prin. imò quod nec mihi potest rem auferre, nisi ex causa, de quo plene in l. item si verberatum in §. 1. ff. de rei uendi. & in l. rescripta C. de præci. imp. offe. et ad Imperatoris propositum, quod ita sit, ut declarauimus non ab re, sceptrum gestat aureum, ut pie gentibus imperet, nudatum ensem vt Chri-

stiani

ſtiani nominis hoſtes perſequatur, & pomum aureum denique, Thiara bicipiti faſtigio inſignitus (& nunc ad propoſitum) ut totũ terrarum orbem, pietate, conſtantia, virtuteque regat.

42 Int. Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, l. ſi quis à ſe fundum. C. ad legem iuli. de vi pub. l. ſi coloni. C. de agri. & cen. lib. 10. l. ſi quis conductionis C. loca. l. inuaſor, l. non ab re. C. vnde ui glo. in l. 1. in §. 1. ff. de ui & ui ar. qua ratione non habet locum exceptio dominij, vt inquit Bar. in l. meminerint nu. 12. C. vnde ui, & in l. 1. in fi. C. quo. lega. Et idem dicit Bal. quod ſpeciale eſt in cauſa momentaneę poſſeſſionis, ſaltē in interdicto recuperande ut hac de re, non admittantur exceptiones quæ ſint de apicibus iuris, & quia non eſt eundum per ambages & dilatorias ac friuolas (iterato dixerim) exceptiones, conſi. 218. col. 4. uol. 2. Et nimirum ad propoſitum, quia ſpoliator ſemper delinquit, donec rem reſtituat, uſque adeo niſi purget uiciũ & delictum ſuum, ut audiri non debeat, nec ſuper proprietate, nec ſuper alio iure ſuo c. frequens de reſti. ſpo. in 6. c. in primis 2. q. 1. & utrobique not. tradit idem Bal. conſi. 217. col. 2. eo. lib. imo quod etiam prædo in ſua poſſeſſione tuendus eſt, d. l. ſi quis à ſe fundum l. cũ fundum l. colonus ff. de ui & ui arma. c. literis de reſti. ſpo. Corne. conſi. 34. in fi. uol. 2. ſed dubito, quid probari debeat, ſecũdo an admittatur ad agēdũ quis ſine mandato, tertio an indiſtincte atq; omni caſu iſtud uerum ſit.

Reſp. Quoad primum duo probari debent neceſſario, quod poſſederit, quodque fuerit ſpoliatus c. olim c. cum ad ſedem de reſti. ſpo. l. 1. §. interdictũ ff. de ui & ui ar. quo ad ſecundũ dico pariter, quod

admittetur fauore spolij. l.1.C.si per uim uel alio mo.& limitabitur quod habetur, in l. si quæramus ff. de testa.et in l. fi. in §. necessitate C. de bonisq; lib. Nec omni casu regu. fore ueram (quoad tertium) quia si proprietas probata sit ex quo spoliatus passus est agentem petitorio,procedere,nec appellauit,non restituetur secundum Areti.in l naturaliter in §.nihil commune col.4.et 5.ff.de acq.po. quem refert & sequitur Feli.in c. inter monasteriũ col.15.de re iud.uel si notorie et euidenter,constaret spoliatum non habere ius in re,ut not.in prȩallega.§.nihil commune, et in l.1.ubi Cuma. in specie in glo. per nunciationem ff.de no. o.nun. Feli. consi.37.nu.4. et ad regu. propositum (alios casus non tango,breuitati consulendo, ut in locis supra allega.et pulchre etiam scribit Boer. decisio.238. par.2.non nihil Gozadi Bononien.consi.1.nu.12.) notandum est,quod in ui expulsiua non compulsiua,debet intelligi ex quo illa,consensum non habet,ista autem sic,quamquam elisum,declarat Bal. et bene in c. super hoc col. 2.de renun.

43 Int. Quid sibi uolunt uerba illa,quæ communiter dici solent et uulgo,hoc idem (scilicet) accepi à uiro fide digno?

Resp. Non aliud nisi quod dictum legalis uiri, inducit iustam credulitatem, excusatq; credentem l. titio fundus ubi glo.not. ff. de condi.et de. Ange.in l.si à bonefidei ff.de rei uen.Ro.consi.6. ad fi. Alex.consi. 135.col.4.uol.1.fusius consi. 28.col. 3. eo.lib.et consi.31.col.3.uol.2. Deci.in l.iuris ignorantiam lec.2.nu.22.C.qui admi.etiam a dolo (qđ uidetur mirabile) ut per glo.et Ange. in l.si plagii C.ad legem faui. de plagia.et in l. igitur ff. de lib.

cau.

cau. Feli multa in c. cum cõtingat col. 3. de rescrip. Cassiod. in regu. cãcella. decisio. 19. nu. 2. unde hoc casu, non dicetur credens, cito credere, nec etiam (ut dicitur ecclesiasti. c. 19.) quod sit leuis corde. imò uicium est (Seneca teste) omnibus credere, et nulli, idemque Feli. in d. c. cum contingat col. pe. et dicto legalis uiri (dixi) fore credendum, alias non uel sit in eo defectus uite, aut doctrine, unde Io. 8. dicebat saluator noster, Quis ex uobis arguet me de peccato. Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Et licet hec omnia uerissima sint, pugnat tamen cum. d. glo. in præallega. l. titio fundus alia in c. si quis præpostera. 50. d. dicens signanter, quod etiam bono uiro, quis credere non tenetur, et plus quod imputabitur, si crediderit, quod nimis credulus sit, quam tamen reprobat Gemi. ibi et Præpo. et dicunt non esse credendum, nisi sit bonus uir, usque adeo ut primę sine dubio, standum sit.

44 Int. In materia iurisdictionis quoad ipsius exercitium acquirendum, certũ est quod præsentatio literarum requiritur, quod quæ nemo debet ignorare illud, quod est fundamentum sue iurisdictionis l. multum interest, ubi Bar. et omnes ff. de condi. et de. imò ad literam dicit Bal. in c. prudentiam nu. 3. de offi. de. quod incertus de sua iurisdictione, eam non exercet. Et in l. properandum in §. et si quidem col. 2. C. de iudi. quod debet videre etiam acta apud se facta, et in pronunciatione esse cautus ut dicat uisis actis, et actitatis in causa, quoniam alias non sufficerent si ipse ignoraret. Et Feli. in c. sanè in prin. de offi. de. post Ancha. quod ratio illius tex. est, quia Iudex de sua iurisdictione

dubitans, procedere non potest. Et in simili post Abb. in c. quoniam contra col. 9. de proba. quod contumacem condemnare non potest, pariter nisi sibi prius de contumacia constet. Et rursum Bal. in l. dicere in prin. de arb. quod si arbiter, nesciat se arbitrum esse, eius pronunciatio non tenebit, quoniam (subijcit) ignorantis nullus est certus effectus. Sed quid si ignorantia sit in qualitatibus, vel accessorijs rei, non in substantia, puta in prorogatione iurisdictionis. Vel quia sint duo delegati, cum cla, quod si ambo non poterunt, vnus exequatur, vnusque non possit, et alter cui hoc ipsum non constabat, procedat, an processus valeat dubito. Et quid rursum in executore ad beneficia?

Resp. Processus primo casu valebit in prorogatione iurisdictionis, quia uenit (ut dictum fuit) accessorie, l. 2. §. 1. ff. de iudi. tradit Bal. in l. sed et si in §. 1. ff. de acqui. he. et secundo pariter, quia exercitiũ commune est, per quæ dictam clam accrescit, et cum in iure accrescendi inque diuiduis scientia non requiratur, quandoquidem sit de appenditijs rei, non potest aliter dici, nisi ut supra quod valeat sicuti etiam quando accrescit per prorogationem, ita idem Bal. in l. falsus col. 7. C. de fur. Et idem quoad tertium dicendum est, quod scientia non requiratur vel literarũ præsentatio, quoad acquisitionem iurisdictionis, ex quo in eum transfunditur inuitum & ignorantem sola principis voluntate, c. super eo de ap. Feli. in c. fi. col. fi. de presump.

45 Int. Ablatiui absoluti resoluntur in conditionem l. à testatore ff. de condi. et de. l. euictis ff. de vsu. Bar. in l. vnica in prin. C. quando non pet. par. & in l. ab emptione. ff. de pac. de futuro, maxime

me prolati à lege cuius natura est dare formā futuris negotijs non præteritis .l. leges. C. de legi. & not. in rub. ff. sol.ma. quamquam dicat Signo. de homo.regulariter hoc ipsum verum fore, siue à lege, siue ab homine proferantur, consi. 68. col. 4. & consi. 69. col. 7. in contractibus vel ultimis voluntatibus (adde tu) & probatur in locis supra allega. nouissime Bertran.consi.177.nu.1.vol.1. multa de contractibus Afflic. in c.1.in 24. q. nu. 55. de prohib.feu.alie.per Fed.in vsib.& sic pro forma substā tiali, vsque adeo vt actus nullus sit, si non seruetur. est uerum quando proferuntur ab eo qui disponere potest, quod tunc disponunt ut per Bar.in l.2.in §.videndum,col.2.ff.ad tertu.& Bal.consi. 88. vol. 3. & probatur in l. fideicommissa in §. cum esset, ff.de lega.3. & in l. in ratione in §. tametsi ff. ad legem fal. sed quid in datiuo, nunquid æquipolleat ablatiuo, & sicut per ablatiuum inducitur conditio, ita inducatur per datiuum, puta quia dicat statutum, confitenti, tertia pars pœne remittatur? Et si rursum dicat, quod extantibus masculis fœmine non succedant, masculique nolint succedere, vel non possint, an fœmina excludatur?

Resp. Quo ad 1. dicas, quod sic, quoniam tantum est dicere, confitenti remittatur, quantum est dicere, si confiteat̄, ita Bal.in l.1.col.fi.C.de fur. Quoad secundum vero, quod non, quamquam secus sit si in conditione ponantur à testatore, quoniam tunc excludunt, licet non succedant. l. filiusfamilias §. cum quis.ff.de lega.1. Saly. in l.maximum vicium, C.de lib.præte.Corne.consi.75.nu.12.& 13.uol. 1.

46 Int. Verba, voluntatibus potiora esse non debent, l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.

di. & de.l publius l.cum auus,ff.eo.l.si quis filium C.de lib.præte.l.cũ virum C. de fideicom. ex quo deseruiunt intentioni communiter, non intentio verbis c. intelligentia,de uer.si.c.marchion 1.q.1. & nimirum quia subsistentia ex se, his sunt quoq; potiora,quæ ab alio pendent,sed uerba pendent à mente.l.labeo §.idem tubero ff.de sup.lega. ergo. hinc dici etiam solet, quod sunt signa earum quæ sunt in anima passionum note,quodq; lingua cordis est tuba, & talis mens in corde, quale uerbum in ore,nullumque maius mentis testimonium,quã inspecta verborum qualitas inquit Bal.consi.160. vol.1.late Alex.cõsi.48.col.1.vol.4.sed quid si uoluntas dubia sit ?

Resp. Isto casu tunc,eam omittimus & verba sequimur ad unguem l.non aliter ff. de lega.3.Cy. in d. l. cum uirum, ad fi. & propterea oportet quod sit certa,quoniam tunc erit semper seruanda,vt dicit Flo.in l.si seruitus col.2.de ser.vrba. prædio. dummodo rationabilis sit, alias secus l. filius & seq. ff. de condi.insti. Bellame.decisio.750.in fi. debet etiam esse perfecta,quia si imperfecta caperet herès ad commodum fisci.l.1. & ibi Bal.in prin.ff. de testa.Imo.in l.si is qui ff.eo. & si conditio in humanitatem contineat,puta quod reliquie testatoris proijciantur in mare,l.quidam ff. de condi.insti. exequi non debebit, dictuque mirabile est quod ex inepta conditione apposita in testamento,quis nõ sanè mentis regulariter præsumitur, vt ibi, & in l. iubemus ubi Bal.Fulgo.& alij C.de testa.Corn.cõsi.73.col. 3. vol. 1. imò inquit idem Bal. quod impossibilia ea esse videntur quæ de iure, vel absque crimine fieri non possunt,consi.112.col.3.vol.3.

Int.

47 Int. Vulgo proditum est, modica curari non solere, neque eo prætextu, à iure communi recedi debere, suntque uerba legis præcise sic dicentis, de modicis non curat Prætor. l. scio. ff. de resti. in int. Et non ab re, quia modicum & nihil ęquiparantur nec differentia inter hec duo constituitur l. quanuis ff. de condi. & de. vnde modica contrarietas nō viciat testium dicta, ut inquit But. in c. 2. ad fi. de regula. & licet instrumenti amissio probari debeat legitimis probationibus, secus est tamen, si agatur de modico præiudicio l. si quis ex argentarijs §. fi. vbi Bar. & omnes ff. de eden. Bal. in l. fi. ad fi. C. eo. & idem in solemnitate extrinseca quę quamquam regulariter non præsumatur l. quecunque §. fi. ff. de publicia. not. in l. sciendum. ff. de uer. ob. præsumitur tamen in actu paruum præiudiciali, secundum Inno. in c. 1. de cle. peregri. & Abb. in c. Albericus in lectu. parmē. de testi. Fel. in c. sicut in antep. col eo. ti. Et facit etiam quia non habere dotem (quo casu loquitur tex. in auten. præterea C. vnde uir & vx.) & habere paruam, idem est, vt ibi dicunt docto. Vsque adeo vt vulnusculum non veniat ap. vulneris l. 1. §. sed sciendū ff. de edili. edic. Nec febricula ap. febris. l. quæsitum, ff. de re iud. Nec defectus modicus viciet. l. cui dēs. ff. de edil. edic. & si leuis quoque fuerit questio, questionem non esse dicemus l. item apud labeonem. §. quæstionem ff. de iniur. Sed quia contrarium etiam legimus in aliquibus, dubito, ecce modicum fermenti totam corrumpit massam, vt 1. Corinth. 5. Pau. vltimumque momentum viciosum, possessioni non uiciose, coniungi haud potest, l. Pomponius ff. de acqui. po. & idem in vltima mora, dicimus si sit mo-

men-

menti, quod nocet. l. si per emptorẽ, ff. de ac. emp. Bal. in c. fi. nu. 3. de præscrip.

Resp. Pro concordia dici potest, quod aut ius commune, consideratur, deq́ue ipso agitur, & est quæstio aut de iure speciali deq; beneficiis, quæ sunt contra ius commune, vt primo casu curentur modica, secundo uero non l. si proprietarius ff. de dã. inf. d. l. scio de resti. int. vel & aliter quod aut loquimur in mendacio & ueritate, & tunc modica adhuc curentur, aut de iuris remedijs, & isto casu secus, & ut latius per Bal. in c. cum adeo col. 2. de rescrip. & primam distinctionem, quæ fuit Dy. in d. l. si proprietarius vt ibi per Bar. tenuerunt quoque Bononien. in c. 1. nu. 79. et 80. de resti in int.

48 Int. Potest ne vxor si maxime à marito instituta hæres non sit, mortem ipsius uindicare, interfectorem accusando? Hoc dico, quia alias foret in dubitatũ sanè posse, ne sibi hæreditas vtpote, quia sic se facit indignam auferatur, l. sororem C. de his quib. ut indi. l. hæredem l. ei qui. ff. eo.

Resp. Prima facie uideretur dicendum quod nõ, quia ad istud ipsum agendum, nõ admittitur quis, nisi suam uel suorum iniuriam prosequatur l. de crimine, C. qui accu. non po. uerum maritus non est de suorum numero, de quibus in l. lege iulia. ff. de testi. ergo. imò quod uidetur casus clarus, in l. 2. ff. de iniur. ubi si uiro iniuria facta sit, uxor non agit, & rationem assignat I. con. quia ęquum est, uxores à uiris defendi, non e contra uiros ab uxoribus, & ita tenuerunt quidam. Tamen contrarium firmat Odof. in d. l. sororem, & Cy. in præallega. l. de crimine, opi. relatis & uerius est quandoquidem socij sint diuinæ & humanæ domus l. aduersus C. de cri.

cri.expi. hære. & duo in carne una c. gaudemus de diuor.c.3.Gene.qua ratione satis suam uel suorum iniuriam prosequi dicetur. Nec ob tex. in d. l. 2. quia loquitur in marito, cui uiuenti iniuria facta sit namque tunc,est mulieris caput & longe æquius, quod uxorem defendat si iniuria sibi pariter facta sit, quam aliter, quod ab uxore defendatur ut ibi, nos uero in eo, qui fuit interfectus quo casu cessat supra dicta ratio dictatque æquitas uxorem tunc posse interfectorem accusare maritique necē uindicare, & est arg.in l.filij in §.uidua ff.ad municipa.& in l.fi.C.de bo. mat.

49 Int. An filio uiuente patre,aliquod ius competat in legitima dubito,& dato quod non,an ualeat statutum quod sibi solui debeat & an aliquo casu, peti possit.

Resp. Non sine causa certe dubitandum est cum sit debita nature instinctu l.cum ratio. ff. de bo. dam. & proprium filii patrimonium l. 3. §. sed utrum. ff. demino. qua de re deberet etiam posse peti, & uendicari à patre quamquam uiuente, tamen contrarium uerius est l.1.§.si impuberi ff.de colla.bo.usque adeo ut si uiuente patre moriatur filius nec de legitima quęrendum sit nec transmittatur,quia nō transmittitur obligatio cuius cōditio deficit,ut inquit Bar. in l.'si arrogator nu.19.in rep. ff.de adop. & in l.fi ff.de lib. agno. & in l post emancipationē in prin.ff.de lib.le. Alex.in l.si cum dotem in prin. col.8.ff.sol.mat. Abb.in c. raynucius de testa. Bertran. consi.227.nu.12.uol.2. & si filius rursum condemnatus sit ex delicto, pater non tenetur soluere penā,ut inquit Abb.in c.2.nu.3.de delic.pue. Bar. in §. illud quoque nu.5.in auten.de mona. Est uerum

rum quod ſtatutum ualet (quoad ſecundum quæſitum) patrem compellens, aſſignare legitimam filio delinquenti ſed eſt iniquum, & plus quod eam diffinire difficilimum eſt, ſi ſtatutũ non diffiniat, ut not. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. Bal. in ſtatu. in §. legitima nu. 3. quodq́ue etiam uiuente patre peti poteſt caſu quo monaſterium ingrediatur ſed ad longum diſputat & dubitat an uerum ſit Alex. in l. ſi cum dotem col. 5. ff. ſol. mat. & in l. lex Cornelia col. 2. ff. de uulga. & pup. ſub. & ideo dic alio caſu petentem admitti ſi iudeus ſit ad fidem conuerſus c. iudei. 2. & ibi not. Io. de ligna. & Feli. poſt eum, col. 2. de iude. & aliquos alios caſus, ponit Ias. in auten. nouiſſima col. 2. C. de inoffi. teſta.

50 Int. Factum à iudice incompetenti, conſenſu partium ualidatur l. 2. C. communia ut. iud. & ſi in ſententia intellexeris nulla, dic quod ualidatur, ut ſubſiſtat, & uim habeat pacti, non ſententie, ut per Bar. in l. ſi expresſim col. 2. de ap. & nimirum quia priuatorum conſenſus iuriſdictionem non tribuit l. priuatorum C. de iuriſd. o. iud. & ita intelligi debet glo. in l. 1. C. qui pro ſua iu. Abb. in c. examinata nu. 4. de confir. uti. uel inuti. Calde. conſi. 8. col. 2. de re iud. eſt uerum quod ualet ut ſententia, ualidata conſenſu Papæ perq́ue reſcriptum ſuum, non tamen ut præiudicet tertio. c. ſuper eo de offi. de. Feli. in c. quanuis ad fi. de re iud. Et idem in teſtium dictis, quæ poſſunt pariter ualidari conſenſu partium l. fi. & ibi Bal. nu. 1. C. de teſti. Sed quare ſecus in facto per ſurreptionẽ, ſiue dicamus quod hoc modo obtẽtũ ſit aliquid quod cõſenſu partiũ, ſeu aduerſarii, ualidari & confirmari non poteſt, ut

not.

not.in c.super literis, de rescrip.

Resp. Quia deficit tunc consensus superioris confirmantis, ut per Inno. in c. cum olim de re iud. Bal. in Marga. sua in §. factum nn.4.

51 Int. Sententia debet esse conformis libello. l. ut fundus communi diui. l. fi. C. de fideicom. lib. c. licet hely de simo. alias fatuus esset Iudex. si unum peteretur, aliud uero decerneret, ut in bo. po. quoq; inquit Rimi in rub. C. qui admi. col. 11. & signanter tex. in d. l. fi. & Luc. 23. c. ad propositũ, ibi, & Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum dimisitque illis, eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum uero tradidit uoluntati eorum. est uerũ quod in pluribus casibus istud limitatur de quibus per Feli. in d. c. licet hely col. 6. 7. 8. dixi ego in l. uinũ post alios ff. si cer. peta. multa Areti. in c. qualiter & quando in §. ad corrigendos. nu. 133. de accu. & hac ratione etiam (ut dicebat alias Pet. & Cy. refert Bal. in l. certi condictio col. 3. ff. si cer. peta.) libellus incertus si maxime opponatur, nõ procedit l. fi. C. de anna. excep. alias si certus sic. & offertur regulariter, ut actor ius suum declaret, & ut reus deliberet an uelit cedere uel cõtendere, & ut Iudex ferat sententiam ipsi libello (ut diximus) conformem l. 1. ff. de eden c. 1. de lib. ob. Abb. in prati. sua de forma procuratorii col. 2 uer. post hoc. Sed nunqnid requiratur conformitas sententie ad probationem, hoc est ad esse ipsius sententie ?

Resp. Bene requirit ad recte esse sed nõ ad ipsius esse ad petitionem autem sic, ut supra, & ut per Bal. in l. 1. col. 1. C. de erro. calcu. & est not. declaratio. & ad propositum obseruandum sufficere, quod sit

conformis petitioni per æquipollens, ut not. in l. in summa. ff. de re iudi. Bertran. pulchre, cõsi. 253. nu. 8. vol. 1. quodque elementa siue causæ iudiciorum sunt quatuor, efficiens, magistratus scilicet, actor & reus, finalis victoria, materialis negocium, formalis uero libellus siue modus libellandi ad effectum de quo supra l. solemus ff. de iudi. l. in ratione §. cum quidam ff. ad legem fal. l. iursgentium §. 1. ff. de pac. d. l. ut fundus declarat Bal. in rub. de iudi. col. 1. nu. 2. lectu. 1. qui dicit etiam alibi, quod si omittatur casus, pro omisso haberi debet, vsque adeo ut ex eo, uel super eo, sententia fundari non possit nec sit in nostro arbitrio formam iudiciorũ mutare, consi. 426. ad fi. uol. 5. & probatur in l. non possumus ff. de peti. he.

52 Int. Contractus inter patrem & filium in potestate existentem, inq; profectitiis, non ualet l. frater à fratre ff. de condi. ind. l. 2. C. de innoffi. dona. nec inter eos cadit obligatio ciuilis, nec actio ut per Bar. in d. l. frater à fratre, naturalis autem sic ut ibidem, & uestitur iuramento, quia est etiam de iure naturali, & quo patria potestas non curatur ut tradit Io. And. in addi. spe. in § 1. uer. sed pone filius de testa. usque adeo ut oriatur exceptio pacti ut ibidem. Corne. consi. 238. nu. 14. uol. 1. & cõsi. 9. nu. 4. vol. 2. sed quid in aduentitiis?

Resp. Hodie pater obligatur filio ciuiliter ex causa aduentitia l. iubemus. C. ad treb. glo. in auten. vnde si parens C. de inoffi. testa. & in d. l. frater a fratre, Pau. Cast. consi. 456. nu. 11. vol. 2. sed non è contra, filius patri, in his in quibus ipsi quæritur vsufructus, ut adhuc ibi not. Bar. & ad longum firmat Corne. pulchre consi. 272. nu. 15. vol. 1. Quare

re autem olim ciuilis obligatio oriri non poterat, inter eos declarant ſcriben. in d. l. frater à fratre & forte melius nouiſſime dici poſſet hoc ideo fuiſſe tunc quia obligatio præſupponit actionem l. licet §. ea obligatio ff. de procu. actio uero iudicium §. 1. ibi actio eſt ius perſequendi &c. inſti. de ac. inter patrem & filium regulariter iudicium eſſe non poterat l. lis nulla. ff. de iud. defectusque erat ratione perſonarum præ cœteris quibus viciabatur ut per Bal. conſi. 122. in prin. vol. 3. ergo non mirum.

53 Int. Contractus inno minatus regulariter parit actionem præſcriptis uerbis l. naturalis. §. at cum do ff. de præſcrip. ver. not in l. petens C. de pac. & in l iurisgentium in §. quinimo ff. eo. et in l. cum mota C. de trāſac. ſed uellem ſcire, quare eſt quod alibi datur hec actio, ſiue competit & tamen contractus non eſt innominatus in l. labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam ff. de contrahen. emp. patet, quia dictum eſt ibi, ſi mihi bibliothecam, per quam dictionem, contractus prædictus non fit d. §. at cum do, & quia ea quæ ſunt in conditione non ſunt in obligatione. l. ſiquis ſub conditione dandorum decē ff. ſiquis omi. cau. teſt. imò quod facio ut des eſt huiuſmodi, ideſt cōtractus innominatus, & tamen non præſcriptis verbis actio ex eo datur, ſed de dolo, d. l. naturalis §. quod ſi faciam.

Reſp. Quoad primum datur præſcrptis uerbis non quia contractus innominatus ſit (vt diximus) ſed quia ſecundum regu. iuris, alia actio dari non poterat l. 1. & 2. l. quotiens ff. de præſcrip. ver. & hoc eſt quod dicebat Bal. in rub. C. de condic. ex lege. qd contractus nominati ſibi actionem denominant, quidā uero non, & iſto caſu carentes nomine actio

nis ſpecialis, recurrimus ad generalẽ in factum prę ſcriptis uerbis. & ita illum tex. in præallega. l. labeo, declarat Bal. in margari. ſua in §. contractus nu.16. Tamen aduertendum eſt, quia imò concurrit actio præſcriptis verbis, cum actione ex uendito, & dictu mirabile eſt cum non detur, vbi alia competit ut ſupra & ita ibi ſignanter Bal. met declarat, & admiratur. Quo ad ſecundum ſume tibi rationem vt ibi not. & per Bar. pulchre in l. cum proponas col. 1. lectu. 2. C. de dolo. & declara quã do factum vtilitatem non continet aduerſarij, quoniam alias pręberet ueſtimentum cõtractui, & orietur, non actio de dolo, ſed præſcriptis uerbis, exemplum in l. ſolet ff. eo. de præſcrip. ver. Bal. in l. iuriſgentium in prin. col. 2. ff. de pac.

54 Int. Si dos ſit confeſſata per maritum, mulier vero agat, certum eſt, quod eidem obſtabit exceptio non numerate dotis. l. fi. & auten. ibi poſita C. de do. cauſa non num. Pau. caſt. conſi. 456. col. 2. vol. 2 dummodo non ſit d. exceptioni renunciatum ut per Bal. in l. in his in §. mulier in prin. ff. ſol. mat. ſed quid ſi maritus eſſet ſenex & ignobilis puella uero iuuenis & ex aliqua illuſtri familia ac nota, maiorum ſuorum commendatione?

Reſp. Iſto caſu d. exceptio opponi non poſſet, nec confeſſio facta præſumeretur, ſub ſpe future numerationis l. ſi voluntate, & ibi not. C. de dot. promi. Ancha. conſi. 219. col. 1. Ro. conſi. 445 col. 2. Bal. in terminis in Marga. ſua in §. dos nu. 20. & in ſimili caſu. ego quoque ſic dicebam his diebus, conſi. 13. nu. 4 vol 3. uerum ad propoſitum notandum eſt exceptionem opponi poſſe, vt ſupra maritumq́ue admitti ad agendum, vt dos numeretur, dummodo

ſit

ſit intra tempus quo conceditur facultas d. exceptionis opponende, ut in d.l.fi. & in auten. ibi poſita. C. de do. cau. non nume. declarat Ro. conſi. 44. in prin.

55 Int. Paternum officium eſt dotare filiam. l. fi. C. de dot. promi. l. obligamur §. lege. ff. de ac. & ob. l. qui liberos ff. de ritu nup. de ſuo proprio patrimonio etiam ſi ipſa filia habeat dotem maternam ut per d.l.fi. dicit etiam Pau. Caſt. conſi. 416. col. 1. vol 2. & conſi. 439. col. 3. eo. lib. Cy. in l. 1. in §. videamus, col. 1. C. de rei uxo. ac. verum eſt ſi feſtiuitatē nuptialem extra dotem faciat, quod id ſibi imputabit habenti patrimonium (ut dixi) ex dote materna, ut not. in d.l. fi. Ias. pulchre in l. huiuſmodi, in §. legatum in fi. ff. de lega. 1. ſed an officio iudicis compellatur vel iure actionis hoc ipſum peti poſſit dubito, quoniam primo caſu onus non tranſibit ad hæredes, ſecundo autem ſic, quidq́ue dicendum ſit rurſus in patre naturali.

Reſp. Glo. in d. §. lege (quoad primum ſentit) iure actionis patrē teneri, & male, ideo dicamus quod ad id compelli poſſit potius officio iudicis, quodq́ue onus ad hæredes non tranſeat, ut per glo. & doc͂to. & ibi in ſpecie Alex. in l. ſi ſocer in prin. ff. ſol. mat. Quo uero ad ſecundũ dico non teneri, quia ſic etiam concludit Bar. in l. uxorem in §. pater naturalis ff. de lega. 3. & Alex. in l. 1. col. 6 ff. ſol. mat. et mirum videtur, cum ſit loco alimentorum filie debita, teneaturq́ue pater ipſam alere, auten. licet C. de natu. lib. c. cum haberet de eo qui du. in ma. quam pol. per adulte. et nihilominus contrarium dicimus, legemq́ue habemus in præallega. §. pater naturalis, à qua non debemus nec poſſumus recedere

dere c.in istis 4. d. et in specie ita dicit etiam Bal. in statu.in §.dos nu.14.col.1.tamen nouissime con sidera rationem d.l.si.generalē esse et militare, ita in patre naturali, ut in naturali et legitimo, et sensit ex prædictis Fortu.in trac.de ulti.si.nu. 144. dicens amplius istud quod communiter tenetur, nō dici nec probari in d.§.pater naturalis,et mihi verum videtur.

56 Int. Pater tenetur dotare filiam quamquam nubat absque consensu eius,quia in hisce casibus nō subest potestati paterne c. si annum, de iudi. in 6. Abb.in c.1.ad fi. de despon. imp.not.in l. obligamur in §.lege ff.de ac. et ob.sed quid si nubat indigno,ex hocque patris fama ledatur,poterit ne ad dotem sibi dandam compelli ?

Resp. Non, quia hec est,iusta exhæredationis causa l.3.§.si emācipatus ff.de bo.po.con.tab.Bal.in l. 1.col.4. ff.sol.mat.But.in c.accedēs de procu.Abbas in c.cum causam de adulte.Alex.consi.97.col. 3.et 4,vol.1.Bar.in l.si cum dotem in §.transgrediamur ff. sol. mat. Corne. consi. 256. nu. 17. uol. 1. et ideo statutum puniens contrahentem matrimonium,cum filio vel filia sine consensu patris,ualet,non quia uetet substantiam matrimonij,quandoquidē istud facere non possit,nisi Papa,sed quia punit malos mores,et in rep. facinora seminantes ut per Bal in l. omnem ad fi. C. ad tertu. et in statu. in § consensus nu. 8. et Feli. in c. ecclesia S. Mariæ col. 20. de consti. ergo etiam dotis priuatione filia hic,ratione supra dicta arg. in l. testamēto centurio ff. de ma. testa. non nihil idem Bal. in l. si pater ad fi. C. de spon. et in l. nec filium. C. de nup. Iacob. à S. Geor in auten ex causa,col 1.

C. de

C. de lib. præte. Et in simili, quod pater compellitur habere ratam dotem datam filio, nisi nupserit mulieri indigne Bal. in d. §. transgrediamur col. 1. & in pulchro casu etiam in rub. de treu. & pa. ad fi. quod pupillus cum auctoritate tutoris & decreto iudicis pacem facere potest de morte patris, nisi sibi & agnationi sue sit dedecori. Ancha. in terminis consi. 21. col. 2. Alex. in l. mulier in §. cum proponeretur col. 3. ff. ad treb.

57 Int Plura specialia non possunt simul concurrere l. 1. C. de dot. promi. l. cum post §. gener. ff. de iu. do Bar. in l. si tibi decem in prin. ff. de pac. unde adoptio per alium fieri non potest, ex quo est quædam fictio, & inconueniens uidetur, quod per aliam fictionem expediatur, ut inquit Bal. in c. 2. nu. 16. de ordi. co. & ad idem Ias. in l. seruo legato nu. 2. ff. de leg. 1. quod fictio fictionis, induci nõ põt. Et Alex. cõsi. 113. col. 2. uol. 1. quod fictio fictionis rursum, & improprietas improprietatis debent uitari quod que pluralitates earum non sunt tolerãde. Et Bal. in c. ueniens nu. 10. de præscrip. quod hac ratione, duplex derogatio reprobatur. Et Areti. in c. at si clerici in §. de adulterijs nu. 49. de iudi. quod non debet posse iudex (ne multiplicetur incõueniens) pœnam minuere, & sententiam gratiose latam, retractare. Sed quid si fictiones & specialitates sint subalterne, unaque consecutiua alterius, seu ordinate, taliter, ut coniungantur ad unum affectum.

Resp. Isto casu concurrunt, & est exemplum in l. singularia & ibi not. Bal. col. 2. ff. si cer. pe. ubi una est inter debitorem & creditorem, cui numeratio facta uidetur, alia inter mutuantem & accipientem, quia huic ille pariter fingitur numerasse cum sint

(ut dixi) ſubalterne unaque conſecutiua alterius. Vel & aliter ut per Ias. in addi. por. inſti. de ſtip. ſer. col. 2. quod hæreditas defunctum repreſentet, & factum ſerui hæreditarij fingatur factum hæreditate iacente. Et quo ad id quod quandoque ordinantur, & ad unum effectnm coniunguntur, quando pater reuertitur ab hoſtibus, quia fingitur nunquã captus, & filius fuiſſe in poteſtate l. ſi ſeruus §. ſeruus. & ibi Bal. not. ff. de fideiuſſo.

58 Int. Filius non debet inſtituere actionem famoſam contra patrem, qui ſibi perſona ſancta uideri debet nec libertus hac ratione contra patronum nec ſcholaris contra præceptorem, qui ſibi loco patris eſt. l. 2. l. liberto ff. de obſeq. pat. præſtan. Cy. in l. 1. C. eo. l. non debet. ff. de dolo. maxime quia nobili & habenti dignitatem infamia eſt ſibi pœna quã maxima inquit Bal. conſi. 116. col. 1. uol. 3. multa Feli. in c. ceterum col. 5. de iudi. & ante eum Bal. in c. 1. in §. præterea col. 4. de prohib. feu. alie. per Fed. hoc ipſum etiam ad uaſallum extendentes, ad parrocchianum, & ad eum qui e ſacro fonte fuiſſet leuatus ab aliquo ut nec dominũ, nec rectorẽ, nec eũ qui ipſum de ſacro fonte leuauit, conueniat (ut diximus) actione famoſa. Sed dubito an frater ſit de perſonis exceptuatis in d. l. non debet, demum quæ pratica ſeu quomodo formari debeat libellus contra patrem.

Reſp. Ad primum dico quod non, caſus eſt in l. filius ff. eo. unde frater poteſt accuſare fratrem de dolo ſuam iniuriam tamen proſequendo, & ſi rogatus ſit quis, hęreditatem reſtituere, ſi ſine liberis decedat reſtituit ſi decedat cum liberis fratris, niſi cõtrarium in teſtamento expreſſum ſit, & utrunque di-

dictum ponit Bal. in d. l. filius & bene ut per eum. quo ad praticam uero, quod filius dicere debet, se enormiter lesum, quodque æquitas non patitur patrem, cum iactura ipsius filii locupletem fieri & consequenter condemnari debere actione in factũ (ut dicit tex. in d. l. non debet) uerbis sic tẽperãda, & docet idẽ Bal. post Bar. & alios in l. si superstite ad fi. C. de dolo. & dictu mirabile est, quod licẽtia per quam imploratur uenia, differt ab aliis, debetq; Iudex antequam citationem committat conside rare petitionem, ne aliquid inhonesti uel turpis cõ tineat, & sic causa cognita, quod nõ est in aliis, ut sentit Pau. Cast. in l. 1. C. de in ius uo. & alij in l. 2. C. eo. l. sed si hac. §. Prætor ff. eo. d. l. non debet.

59 Int. Quid sit dolus, declarat diffiniendo I. con. in l. 1. in §. dolum ff. de dolo. & colligitur alias ex qualitate facti l. 1. & ibi glo. ff. de doli excep. not. in l. dolum C. de dolo. multa Bertran. consi. 337. nu. 11. 12. 13. uol. 2. est uerum, quod quandoq; apertus est, quandoque uelatus, & quandoque præsumptus, vsque adeo ut aduersus primum non detur restitutio, aduersus secundum & tertium sic l. si ex cõ. §. nunc uidendum l. minor etiam, & ibi Bal. ff. de mino. ex dolo mendacium nascitur non secus ac error qui nascitur ex imperitia, quæ duo uicia contraxit humana nostra natura tũc, cum Adam labe retur d. l. 1. ff. de dolo l. si ꝑ errorẽ ff. de iu. o. iud. estque dolus in corde, simulatio in uultu, et fallacia in uerbis. sed quia uerbum hoc sonat in malum quoniam unum agitur in corde aliud in ore d. §. dolum, l. obseruandum ubi glo. not. ff. de offi. pręsi. diciturque proprie à dolore, quem infert, uel a deludo quia decipiat et deludat eum, cum quo agi-

tur,ſeu contrahitur,et hinc quod dans cauſam con tractui ipſum uiciat l. et eleganter ff. de dolo. ſed nunquid ſit etiam bonus,ad mali differentiam ?
Reſp. Eſt vtique, imò quod mali mentionem facit idipſum quæ exprimit in diffinitione l.con.in d.§. dolum, declarat glo.in c.dudum de conuer.coniu. et boni exempla ponuntur vtrobique. et ita ueteres malitiam bonam,malamq́ue dicebant,virus bonum virus malum ſicq́ue venenum,quod à φαρμακον venit græce medium habens ideſt bonũ et malum.l.qui uenenum ff.de uer.ſi. vnde praxis eſt qui uenenum propinatum fuiſſe dicit ut addat malum, opus eſt, et in ſimili ſi dixerit hominem occidiſſe, ad ſui defenſam,neceſſariam pariter addere debet, quia eſt etiam non neceſſaria ut not. in l. Aurelio, in §.idem quæſijt ff.de lib.le. et in c. ſignificaſti. 1. de homi.Bal.in l. vnica col.4.C.de cõfe. Feli. in c. ſuper his col.9.de accuſ.Cat.ferrarien.cõſi.99.nu. 11.vol.1.criminalium. et in ſimili Corn.conſi.202. in fi.vol.1.quod ſi imputetur quis,quod mandauerit hominem proditorie occidi, addi debet rurſũ Chriſtianum, alias non haberet locum deciſio c.1. de homi.in 6.et in nouel.ibi late Io. And. qui gloriatur amplius quod hac ratione (quia dictum uerbum additum non fuerat) quendam prælatum defendit et à pœna d. c. 1. liberauit eumq́ue refert et ſequitur Bal.in l.ſiquis non dicam rapere.C.de ep. et cle.et Corn.in loco præallega.
60 Int. Inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit,inquit tex.in l.nam is. ff.de dolo.et in l.itaque fullo in prin.ff.de fur. et in c.olim uobis,de reſti.ſpo. ex quo fit ut ob paupertatem quoque remittatur mulcta l. illicitas §. fi. et ibi glo. Bar. et

alij

alii,ff.de offi.prę si.c.cum olim 2.de resti.spo.c.cum tu de vsu.quod tamen est intelligendum,in mulcta fisco applicata, quoniam alias si parti pro suo interesse,tunc remitti non posset,vt not.in l. uenia. C. de in ius vo.tradit Bal. in l.rescripta in fi.C.de prę ci.Imp. offe. & ad propositum debitor inopia non soluens, dicitur necessitate impeditus, quæ ipsum excusat,estq; inopia,quedā exceptiōis spēs,inquit idem Bal.in c. reprehensibilis,nu.7. de ap. si maxime notoria sit l. titius & ibi not. ff. de procu . idem Bal.in l.si filiofamilias col. 1.ff.sol.mat.qui alibi dicit etiam, excussionem hoc casu non requiri,& directo aduersus fideiussorem agi posse, consi. 466. col.fi.vol.5.& quis dicatur inops declarat in autē. præterea col.2.C. vnde uir & uxor.sed quid in pœna,quidque in eo qui non soluendo,excommunicationem incurrebat, & quid denique in filiofamilias ?

Resp. Quoad primum remitti non potest l.pœnam C.de pen.not.in d.l.illicitas de offi. præsi. & in l. fi. C.de mo.mulcta.nouissime Boer.decisio.349. nu. 3.par.2 . Nec erit non soluens, excommunicatus (quoad secundum) quia necessitas nulli legi subiecta est l.1.ff. de offi.consu.& cum inops necessitate impeditus dicatur ut supra & in l. fi. C. de vsu . rei iud.non ligabitur,& tradit Inno.in c.p.& g.de offi.de. relatus per Bal.in Marga . sua. in §. debitor. nu.9. Quoad tertium attenta hac regu. non deberet posse obligari l.placet.ff.de acqui. he. & tamen obligatur l.3.§.sed vtrum & ibi not.ff. de mino. & executio personalis fieri poterit, nisi cedat bonis, ita Ias. in l. qui Rome in §. augerius, nu.4. & 5. ff. de uer.ob. Et si cesserit, vel secundum formam c.

Odoardus

Odoardus de sol. iurauerit, non propterea liberabitur, quia perueniens postea ad pinguiorem fortunam tenebitur, & fusius ut declarat Cassiodo. decisi. 11. de rescrip. nu. 4. in clerico debitore locutus tamen non in filio familias

61 Int. Missus in possessionem ex primo decreto, in que actione personali non possidet, ut dicunt docto. in l. si finita in §. Iulianus ff. de dam infec. & est communis opi. & uera, ex quo reus met possidet, & si missus etiam possideret, duo uno eodemque tempore essēt possessores, non dicendū, sicuti nec etiā duo domini esse possunt eiusdem rei insolidum l. 3. §. ex cōtrario ff. de acqui. po. l. si ut certo § si duobus uehiculum ff. commo. & hoc regulariter, ut reus rursū tedio affectus ueniat responsurus l. is cui. ff. ut in po le. not. in d. §. Iulianus & in c. quoniam frequenter in §. in alijs & ibi Bal. nu. 3. in quo consistat istud tedium ut lite non cont. & regulariter dixi quia fallit istud in multis casibus de quibus in locis præallega. & per Feli. in c. consultationibus col. 4. de offi. de. Sed quid si mittatr̄ in po. ex primo decreto, quia debitor non soluat, & soluat tertius anullabitur ne d. missio ? Et si ad secundum perueniatur, dubito an aliqua sint necessaria, sine quibus alias actore instante, ad id iudex peruenire non possit.

Resp. Quoad primum dico quod sic, alias de turbata possessione teneretur, & interdicto uti possidetis, & probatur turbatio ex sola contradictione in iudicio, ut per Bar. in l. si prius in ulti. oppo. de no. o. nun. Guid. Papa singu. 960. & ad propositum est casus & ibi not. glo. Bal. & omnes in l. si pro me. ff. de sol. Quo uero ad aliud, quatuor necessaria

fore

fore, primum decretum (ut supra) 2. quod reus la titet, tertio quod de debito constet, quarto & ultimo, quod tempus anni uel arbitrarium lapsum sit tradit. Feli. in d. c. consultationibus col. 3. de offi. de. & notandum est, secundum hoc decretum secundam fore iudicis aggrauationem in odium cõ tumacis, ut not. in d. §. Iulianus. & in c. 1. de eo qui mit in po. cau. rei ser. Abb. cõsi. 43. col. 2. uol. 2. quę uim solutionis habet, ut dicit Bal. in c. cõtingit nu. 21. de dolo. & contu. ubi etiam de anni spacio aliqua scitu digna, fusius Odof. in l. 2. in §. si absens nu. 11. ff. si ex noxa. cau. & à primo differt in multis tum maxime, quia de modico in primo, præiudicio agitur. inq; secundo de magno ut idem Bal. testatur in l. ubi adhuc col. 6. C. de iu. do.

62 Int. Si seruus propinquus domino, cui insidias quis parauerat eumque occiderat auxilium non porrexerit, absque dubio est in culpa, & punitur l. 1. ff. ad sillani. l. fi. C. eo. alias de his quib. ut indi. si tamen fuerit surdus, ei ignoscendum est, quoniam culpa imputari non potest alicui in his quæ à natura proueniunt l. maximum uicium C. de lib. præ. l. discretis C. qui test. fa. po. l. fluminum §. uicium. ff. de dam. inf. l. si quis in graui §. surdus ff. ad sillania. unde vulpi nec imputatur dolus (inquit S. Tho.) quia eius est natura, refert Bal. in statu. in §. culpa. nu. 1. & in l. quæ fortuitis ad fi. C. de pigno. ac. & Iaco. à S. Geor. in l. quotiens in §. qui dolo col. 1. ff. de proba. Imò quod erubescit lex imponere iugũ naturæ, quodque ipsius accusatores esse non debemus, uel in eam exercere tyrannidem l unica in fi. prin. C. de cad. tol. l. maximum uicium præallega. C. de lib. præte. namque etiam si bouem ab aratro,

tro soluas, uel equum à curru, illumue currui admoueas, istum aratro, prȩuaricator eris naturȩ, nec secus si incisis alis auibus, eas gressibiles facere uelis, uel homini coaptatis alis ut uolet, Cartaginensis quoq; nescio quis, (ut maximus Tyrius refert) cum Leonem cicurasset, sarcinis impositis, illum aselli modo per urbem ducebat necatus est, ut pote (& nunc ad propositum) naturæ tyrannus unde ortum hinc etiam prouerbiũ huiusmodi est. Clitelle boui non conueniũt. Et si quis sit naribus simis, recalua fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus, ut Socrates, uel ut Heraclitus oculis clausis fleat, & ut Democritus rideat, apertis labris alijque innumeri, naturæ uicia sustinentes, quis est tã imprudens tamque fatuus & uecors qui eos irrideat, accuset, & reprehendat sed pone, quod muliere mingente irritetur canis, irritatusque damnum dederit, tenebitur ne mulier?

Resp. Videretur prima facie dicendũ quod sic per tex. in l. item mela in. §. item & cum eo, ff. ad legem aqui. ubi ad literam dicitur si quis canem irritauerit, isq; damnũ dederit, quod irritans lege aquilia tenebit, ex quo vulgatũ illud prodijt quoq;, quod qui causam damni dat, damnum dedisse uidetur, de quo in l. item si obstetrix in prin. ff. eo. Tamen contrarium uerius est, ex quo mingendo rem naturalem faciebat, nec fuit in culpa quamquam ex eo irritatus canis damnum dederit l. si seruus seruum §. si fornacarius ff. eo. & ita interminis decidit Pet. Iac. de monte Pessula. in praxi sua, inque for. libel. actionis de paupe. col. 2.

63 Int. Statuta et leges non debent iudaice intelligi l. damni §. si is qui uicinas, ubi glo. singu. ff. de dam.

dam.inf.unde ſemper ubicunque de pœna capitali agitur, ſub intelligitur dolus l.1. C. ad legem cor. de ſica. non ſi agatur de pecuniaria, ſed ſi culpabilis ſit tantũ ne innocens condemnetur, quia lex & ſtatutum non debent (ut ſupra) iudaice intelligi ita Bal. in l.quicunque colum. 5. C. de ſer. fugi. et remiſſiue in ſtatu.in §.ſtatutum nu.41.et Alex. con ſi.145.col.fi.uol.1.et conſi. 56. col.4.uol.4. et conſi. 148.in fi.uol.6.et iudaice (dicit glo.in d. loco, et in l. non dubium.C.de legi.) quia error iudeorum præcipue conſiſtit in pertinaci intellectu corticis et ſuperficiei literæ, ut inquit Feli.in rub. C.de iu de. Vnde qui nimium pertinaciter inhæret verbis eiusdem dicitur iudaizare(ut ſubijcit) et iſtud quidem in teſte eſt maxime uitandum ut dicit Ro. conſi 301.col.1.et conſi.490.col.1.et in l.1.col.2.ff. de no.o.nun.et ad propoſitũ glo.rurſum Bal. quod non ſunt ſermones ita præciſi, ut ipſis ſit iudaice et hebraice inhærendum.conſi.344.col.2.vol.1. et Pau.2.ad corinth.c.3.quod litera occidit, ſpiritus autẽ uiuificat, & ad Galat.5.& in c. marchion. 1.q.1. quod euangelium non in ſcripturarum verbis, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medu lla, nec in ſermonum foliis, ſed in in radice rationis conſiſtit: non nihil in l.2.C.de conſti.pecu.Cardi. in cle. 1. in §. cœterum in prin. de iure iu. qua de re Moyſes, figuram legis tenebat olim iudaicus ve ro populus à tergo, nihil miſticũ vel ſpirituale, aprehendit ex quo fit, ut ſuperficiem litere tantum ſibi comparauerit, à qua nec tunc nec nunc, diſcedere in animo habuerunt & habẽt ut legitur Exo. c.33.nos uero ſcopulum hoc uitantes, ab ea recedimus declarando, concordando, exponendo, ſubau

diendo, supplendo, detrahendo & impropriando ut dixi in l. vinum lectu. 3. in 7. euiden. ff. si cer. peta. sed tamen aduertendum est, quia hec omnia cōfundi videntur per tex. in l. 1. in §. si is qui nauem, ibi melius est uerbis edicti seruire, ff. de exercito. & in l. non aliter ibi à significatione uerborum recedere non oportet, ff. de lega. 3. & in l. si ita scriptum ff. de lega. 2. & in l. prospexit ibi, sed ita lex scripta est, quasi dicat à cuius verbis recedere non debemus ff. qui & à quib. non igitur nobis quoq; iudaizare, non licebit?

Resp. Verissimum est, quod in his iuribus dicitur, sed tamen id intelligi debet, semper saluo intellectu, quia (vt dicebam etiam s̄.) litera occidit, spiritus autē viuificat. Idest eius intellectus, ita Bald. in l. comissorie in fi. C. de pac. int. emp. & uen. & casu quo non sequatur absurdum, fraus, vel contrarietas, vt declarat Bar. in l. 1. in rep. col. 2. C. de sacro sanc. qui etiam dicit aliter, verbis inhærendum non esse, si sensus proprius contineat iniquitatem vel oratio legis repugnet, aut communis usus loquendi, in l. non dubium col. 3. C. de legi. allega. etiam supra, dicit etiam Pau. Cast. quod significatus verborum, sumitur secundum mentem contrahentium, ex præcedentibus & sequentibus l. si seruus plurium §. fi. ff. de lega. primo, non secundum corticē ut sumunt dialectici & vt iudei (adde tu) ut in d. §. si is qui uicinas, in l. si is qui ducenta in §. vtrum in prin. & col. 3. ff. de reb. dub. & præceptis duo extant exempla, quia si statutum de compromissis inter coniunctos fiendis, loquatur generaliter, non tamen conprehendet pupillos, ex quo restringit̄ ad habiles, & ipsi non sunt huiusmodi, l. 1.

C. de sacro sanc. l. ut gradatim §. & si lege. ff. de mune. & ho. l. si pupillus ff. de arbit. tradit Alex. cõ si. 254. col. 1. uol. 6. alias iudaice intelligeretur, resultaret absurdum, & male l. pomponius ff. de nego. gest. l. scire oportet §. aliud ff. de excu. tu. vel si diceret executionem sententie petendam non esse si per appellationem pendeat, quia intelligetur pariter dummodo appellatio frustratoria non sit, ita idem Alex. consi. 56. col 4 vol. 4.

64 Int. Qui non laborat nõ manducat, inquit Pau. ad Thesalonicen. c. 3. & glo. in l. quãuis ff. de dam. inf. & ad propositum Cy. in l. in bonefidei col. 3. C. de reb. cred. bonus tex. in l. si ex duobus in §. fi. ibi aut conferre ad litis estimationem, aut usum fructum cedere, & ibi in specie hoc not. Flo. ff. de noxa. & in l. vnica in §. pro secũdo ibi neque enim ferendus est, qui lucrum amplecti vult, onus autem ei annexum, contemnit. C. de cad. tol. imò quod dictum est quoque istud Gene. c. 3. ibi in sudore vultus tui, uesceris pane tuo. & unum est ac præcipuum, labor ex illis quatuor quæ in feudo requiruntur, natura, cõsuetudo, aptitudo, & actus, quia inquit Bal. (alia etiam declarat ut per eum) nõ manducat, qui non laborat, in l. quotiens col. pe. C. de suis & legi. & est simile, in nauantibus operã disciplinĩs, optimarum artium, qui non addiscunt pariter si non vigilãt. l. pupillus in fi. ff. quæ in frau. cre. Por. in §. restituta col. 2. insti. de fideicom. he. & hoc est rursum quod dicitur prouerbio. 6. vade ad formicam piger & considera vias eius, quæ cum non habeat ducem nec præceptorem nec principẽ parat sibi in Aestate cibum, & congregat in messe quod hyeme comedat.

Sed pone rogatur hæres, restituere hęreditatem non restituit, imò requisitus recusat, compellitur, poterit ne quartam detrahere ?

Resp. Videretur dicendum quod sic. l. 1. et toto ti. ff. ad treb. §. sed quia insti. de fideicom. he. c. raynucius de testa. sed tamen contrarium uerius est ipsũ scilicet beneficium amittere, detrahendi quartam prædictam, et quia noluit se grauamini submittere non æque conuenit, ut commodo et emolumento hæreditatis fruatur. l. si non fuerit ff. pro so. et per supra dicta in terminis, ita etiam decidit Por. in d. §. restituta col. 2. insti. de fideicom. he. et quia par est quoque vt male meriti egestate laborent l. quis quis §. 1. ibi sint postremo tales, ut his perpetua ægestate sordentibus sit et mors solatium et uita supplicium. C. ad legem iu. ma.

65 Int. Quid sit diuortium et vnde dicatur liquet satis vt in l. 1. et 2. ff. de diuor. et in l. victricus in §. 1. cũ duabus legibus seq. ff. de do. inter ui. et uxo. sciendum est tamen, quingentis ferè annis, post Romam conditam nullas rei vxorie fuisse actiones, vel cautiones, nec Romæ nec in latio ex quo nihil desiderabatur quodq; diuortia matrimoniorum fiebant et quod omnium primus Sp. Carbilius Ruga coniugis sterilitate, diuortium fecit, qua de re postea hoc videns Seruius sulp. quodq; rei uxorie cautiones erant necessarie libellum (auctor est Gel.) de dotibus composuit, voluitq; etiam ut (diuortio facto) dos solueretur annua, bima, trima die & ut fusius in l. vnica. C. de rei uxo. ac. sed an à repudio differat, & à diremptione quia reperio quandoque etiam diremptum fuisse matrimonium, ut in l. etiam ff. de fun. dota. (restituendum .n. est sic uer-

uerbum & non direpto legeudum) & in simili in l.mutus in §.fi.ff. de procu.

Resp. Differt sine dubio, quod uidere possumus, hoc ipsumq; elicere quia dicitur in rub. de diuor. & repudijs, natura autem copule huiusmodi, est ut inter diuersa ponatur, iuxta glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & quia in d.l.2. dicitur, in repudijs autem quæ aduersatiua quoq; istud innuit. l. hoc amplius §. de his autē ff. de dam. inf. & differentia est quia diuortium, utriusque consensu fiebat l. & ideo ff. de do. int. ui. & uxo. repudium uero, coniuge inuita cui libellum mittebat maritus ut Deutorono. c.24. mos erat olim etiam euntibus ad bellum vxoribus libellum repudij mittere, ut si non redijssent ad tres annos, nubere liceret. Et Cicero Terentiam repudiauit, quod non satis amplum uiaticum dedisset Tullie filie, cum patri ab exilio redeunti obuiam processisset, & libellus repudij proprie uocabatur illis uerbis, de quibus in d.l.2. deque libello ipso, in l. qui uxori & seq. ff. ad legem iu. de adul. & hoc est proprie rursum quod ueteres matrimonio mulierem seu coniugem, mulctandam esse dicebant, ut in amphitrio comicus ibi.

Nunquid causam dicis, quin te hoc mulctē matrimonio.

Factumque diuortium, siue repudium constat, quandoque mulierum erratis manifestis, quandoque occultis, quandoque ipsarum frequētibus offensionibus, & non modo ob sterilitatis causam, (ut supra) uerum etiam ex diuersitate morum, namque Sulp. Gallus uxori nuncium remisit quod ea in caput uestem deducere animaduertisset. Idem P. Semp. fecit, quod ludos funebres spectasset aperto

to capite, notaque histo. Papyrie mulieris grauissime, & P. Aemilij uiri consularis, qui (ut Plutar. refert) post longum coniugii tempus, eam repudiauit, ex qua tamen, præclaram susceperat sobolem, cumq; amici ob id factũ istud sępius improbarent, dicentes, nonne Papyria formosa est, nonne modesta, nonne fœcunda? porrigebat ille pedem, & calceum ostendens, dicens pariter, nonne calceus hic nouus nonne pulcher, nemo tamen uestrum nouit, qua ex parte meum contorqueat pedem. Causæ etiam enumerantur in l. uictricus in § diuortii cũ duabus legibus seq. ff. de do. int. ui. & uxo. Dirempti autem (ad propositum redeundo) iudicis arbitrio fit, ad diuortii ac repudii differẽtiam (quod nota) ad intellectumque d. l. etiam & licet alias donatio inter uirum & uxorem non ualeat l. 1. 2. 3. ff. de do. int. ui. & uxo. ualet tamen diuortii causa d. §. diuortii, l. sed interim §. fi. ff. eo.

66 Int. Acquisita à muliere constante matrimonio præsumũtur acquisita de bonis mariti, alias non uitaret suspitionem turpis quæstus l. etiam C. de do. int. ui. & uxo. c. significauit eo. ti. l. quintus ff. eo. quæ iura ita intellexit etiam Pau. Cast. cõsi. 396. ad fi. uol. 1. Alex. magis in terminis cõsi. 42. col. 1. uol. 5. & consi. 51. nu. 16. uol. 6. & consi. 59. ad fi. uol. 4. & consi. 82. col. pe. uol. 2. Bal. in l. cũ oportet in prin. col 4. C. de bonisque lib. Abb. consi. 36. col. 2. uol. 2. Gui. Papa. deci. 468. col. 3. Por. insti. per quas per so. nob. acqui. in prin. col. 3. Bar. in trac. de duob. fra. col. 2. Boer. decisio. 81. in prin. par. 1. Corn. consi. 81. col. pe. uol. 1. & consi. 103. col. 1. & consi. 174. col. 2. & consi. 182. in prin. eo. lib. Et ita breuiter resident omnes, maxime, quia mulieres semper sunt

pau

pauperes ut idem Bal. dicit consi. 478.col.1.uol.5. prȩsertim (ut dixi) matrimonio constante l. doce ancillam C. de rei uen. quia mortuo marito secus alias præsumeretur sibi ea subtraxisse quod tamen præsumi nõ debet l.marcellus ff.re. amo.idem Bal. consil.66.ad fin.eo.lib. Sed quid si probaret aliunde habuisse,uel maritus asseueraret contrarium, uel in eodem contractu, fuisset, in quo appareret ab ipsa vxore omnia prouenisse.

Resp. His casibus dicendum foret regu. d. iurium, & præcipue d.l. quintus,locum non habere,ut inquit Bal.(quo ad primum) consi.67.in prin. uol. 5. & Areti.consi.31.col.2. & Sauilia. consi. 61. nu. 7. uol 1.late Boer.in præallega.decisio.81.col.1. par. 1.et(quo ad secundum) idem Bal.consi.421.uol.1. & Alex.(quo ad tertiũ) consi.22.in prin.uol.4.imò quod decisio d.l.quintus & similium habet locum tantum quando est contentio inter uirum & uxorẽ uel eius hæredes,quia si inter uxorem,& extraneũ secus, ita Bal.in l.si uxorem col.3.C. de condi. inser.Alex.consi.101.col.1.uol.7.& quo ad regu. notandum est, rursus idem fore dicendum in prælato qui pari modo, si quidquam habet id præsumatur acquisiuisse de bonis ecclesiæ, si tamen contentio sit inter ipsum & ecclesiam, alias secus ut supra & not.But.in c.2.de dona.int.ui.& uxo.& Alex.consi.prȩallega.101. usque adeo ut nec Canonicus hac ratione possit testari, ut pulchre tradit Pet. de bel. per.q 153. exemplificando quoque in Baliuis, & præpositis seruitio regis.q.seq.quæ est.154.

67 Int. Donatio inter uirum & uxorem non ualet. l.1.2.& 3 ff.de do.int.ui.& uxo.& ubiq̃ue rationes efficacissimas adducũt Vlpia. & Pau. subiicientes, ita

ita moribus quoque fuisse receptum, et alibi dicit idem Vlpi. vulgatum ius esse in l.cum hic status in §.si inter ff eo.ne scilicet (ratio enim prohibitionis huiusmodi est,et quidem multiplex, ut in iuribus supra allega.) mutuo amore et profusa liberalitate se spolient,ut sit eis potius liberos procreandi studium,ne ue matrimonia sint uenalia et etiam ne uideatur concordia precio cōciliari, et melior forte in paupertatem incidat,deterior autē ditior fiat,de quibus etiam Pau.Cast.consi.61 col. 1. uol. 2.et si moribus ita receptum est,sequitur,quod facta erit contra bonos mores, ut idem Pau. dicit in loco pręallega.forte quoque,quia nihil proprii habentes mulieres,maiore cura diligentia et fide res domesticas tractabūt,ex quo fit(ut inquit Barbar. de re uxo.) ut oporteat nō modo animos in connubio cōmunes esse debere uerum cœtera omnia, sed nunquid aliquo casu ualeat,inter eos (ut dixi) facta ?

Resp. Valet utique,quia non amare,neque tanquā inter infestos, ius prohibite donationis tractandū est l.si id quod §.si quas ff.de do.int.ui.et uxo.l.sed si uir.§.quod legaturus ff.eo.Rota,alias Bernar.de bisgne.decisio.2.in fi.de pac.et potissimum iuramē to uallata,ut per Bar.in l.seius.ff.ad legem fal.et in l.si quis pro eo ad fi.ff.de fideiusso.Areti.consi.74. col.2.et 3. et est communis opi.Ancha.consi. 307. Imo.in c.cum contingat in 10.membro,de iure iu. Abb.in c.fi. de do. int. ui. et uxo. et ita attestatur Alex.consi.8.col.1.ubi multa uol. 2.

Valet inquam morte confirmata l. donationes 1. C. de do. int. ui.et uxo. l.cum hic status §. 1. §. ait oratio.ff.eo. nisi rebus donatis pignoratis quia tunc

tunc uideretur reuocata nec confirmaretur mortę vt per Bar. in l.si maritus C. eo. valet etiam si fuerit reciproca, & mutua inter eos l. si pater puelle, vbi Cy. Bal. Saly. Ias. & omnes C. de inoffi. testa. Alex.in l.licet col.fi. C.de pac.

Tertio valet si ex ea maritus forte ius patronatus consequaẽ, vt per Alex.in l.si cõstante in §.siue autem ad fi.ff.sol.mat.

Quarto valet, si pro ediũ refectione fiat l. quod si vir.ff.de do.int.ui. & vxo.in tantum in quantum edificij extructio postulat inquit ibidem l. cõ. forte etiam quia præponderat ratio illa, alijs de quibus s̃. reipub.interesse scilicet urbẽ ruinis non deformari l.2.ff.ne quid in lo.pub. l. si quis neminem C.de edifi.priua.

Quinto olim diuortii causa l.uictricus §.1.l.sed interim.§.fi.ff.de do.int.ui & vxo non igitur ualebit regulariter l.quæsitum §.denique ff.de fun.inst. est uerum, quamuis non valeat, quod tamen ualebit remuneratio, ut per Bar.in l.si diuortio col.1.ff. de uer.ob.ubi ad q.infert, vilis hominis, nobilem in vxorem accipientis, quia dotem confiteatur accepisse, quam tamen non habuit, vt sibi eam constituisse videatur, & de quo alias in l. si voluntate C. de dot.promi. Valebit & venditio, ut probat Bal. consi.66.col.1.vol.1.

Et quãquam vltimo loco ex do.int.vi.&vxo.nõ transeat dominium, transit tamen possessio.l.si eum l.si donate, & utrobique Bal.not.ff. de do.int.ui.& vxo.l 1.§.si uir ff. de acq.po.

68 Int. De decurionibus sepissime fit mentio, quod multis gaudent prętogatiuis imò quod in pandec. lib.12.& 10.Cod.est vtrobique positus, multarum

legum tracta.præcipuus. Et præ ceteris ad proposi tum istis gaudent quod etiam si desierit esse decurio torqueri non possit. l.fi.ff.eo.in memoriam præcedentis dignitatis vt ibi quod facultatibus lapsis alimenta decernantur,& maxime si ob munificentiam in patria,exhauste fuissent l.decurionibus, ff. eo.quod filius pro patre legationis officium suscipiat l.filius decurio.ff.delegatio.quod pater XII. liberorum numerum quieti donetur l. siquis decurio C.eo.lib.10.& quod denique muneribus nõ occupentur extraordinarijs l.curiales eo. ti. & lib. & id genus plura, quæ non scribo; constatque satis,(ut etiam inquit Alcia.in anno.Taciti lib.18.) nostris I con.magistratus municipales fuisse,quod ex multis legibus desumpsit, ex quibus planè hoc idem elicitur,& maxime 1.& 2.ff.de albo scri.& 2. & non debere, & ordine decurionum ff. ad municipa.melius in l.sed si in §.1. & 2.ff.de dolo, sed nõ quare sic decuriones appellati fuerint.

Resp. Imò constat,quod initio cum deducerentur colonie,decima eorum pars,qui deducebantur,cõsilij publici gratia, conscribi solita sit l. pupillus §. decuriones ff. de ver.si.glo. in rub. C. de decurio. lib.10.& cũ sint uerba.I.con.foret sanè (si aduersari illis vellemus) sacrilegium l.2.C.de cri.sac. ideo & nos pariter eidem,ut pote, oraculo quodam, (si cuti par est) acquiescemus l.non aliter l.ille,aut ille §. cum in uerbis ff. de lega 3. Addentes tamen, olim Romulũ (auctor est Liui.) populum in curias 30 diuisisse, propterea quod reip.curam tunc expediebat,vt inquit etiã I.con.in l.2.in prin.ff. de ori. iu.vel à matronis (ut ille) quippe quod ipsarum cura, bellum Sabinum sedatum sit, sed primo modo me-

melius & verisimilius. aliter Diony. halicarnase. quod in tres rursum secuit partes pop. prædictum, Romulus conditor vrbis, quas tribus vocauit, inque alias decem, harum tribuum quamque postea eas quæ decurias appellauit & earũ duces, decuriones à numero decẽ, ut etiã decumanus denarius decempeda & simile, & sic municipales quoque origine supra dicta (ueluti exemplari quodam) inspecta, postea decuriones. hodie vero consiliarij ut inquit glo. in d. l. sed si, in §. de dolo. & Fulgo. consi. 118. col. 1. & placet, quia probari videtur etiam in d. §. decuriones.

69 Int. De prælegatis vbiq; mentionem fieri videmus, præsertim in l. Ticia ff. ad legem Fal. & in l. Marcellus, in §. quidam liberis. ff. ad Treb. quæstioque ibidem est proprie, an prælegata veniant in restitutione fideicommissi, & aliis locis quampluribus, & in simili dicitur, situaturque titulus alibi, de dote prelega. cur ergo sic, abundãtem adiicere syllabam, præ, cum prelegatum, seu prælegatam, idest legatum vel legatam, simpliciter intelligamus?

Resp. Figuratus loquendi modus est, quem greci, προθεσιν vocant, cum ad principium dictionis Syllaba (ut diximus) seu litera adiicitur abundãs, quale illud etiam, retulit (ut ueteres dicebant) pro tulit & est ad idem glo. in rub. C. de no. cod. fa. ibi repetite prælectionis, & simile, si uerbum adiiciatur superuacuum, exempli gratia, his oculis vidi, his auribus audiui, sic ore locuta est tradit glo. in c. forus de uer. si. figuraque est pariter, quam πλεοvασμος appellant, meminit etiam Por. insti. de iu. per. in prin. col. 2. per illum tex. & liquet in verbis psal.

73. ibi incēderunt igne sanctuarium tuum. & 141. ibi, voce mea clamaui ad dominum, voce mea ad dominū deprecatus sum. & ornatus causa fit, quoniam alias nec syllaba quidem (nō modo uerbum) superfluere debet, & esse sine effectu aliquid operā di l. ampliorem §. in refutatoriis C. de ap. l. fi. C. de dona. glo. in l. 1. ff. quod met. cau. Pau. Cast. consi. 472. nu. 6. vol. 1. Alex. consi. 48. col. 5. vol. 4. Feli. in c. 1. col. 5. de rescrip. ex recentioribus Parpa. in l. 2. nu. 2. sol. mat. vnde obelo iugulātur, et cōfodūtur non secus ac imminuta quę asterico supplentur, ut additione elucescant.

70 Int. Donans dicitur perdere, et donatio dilapidatio l. filiusfamilias ff. de dona. etiam si filiusfamilias sit, et liberam peculii administrationem habeat, quoniam (inquit tex. ibidem) non eadem sibi concessa est, ut perdat. Imò quod nec etiam minor cum auctoritate curatoris, donare potest, hac ratione, quamquam iuret, quia causa cognita sibi datur, idest ex iusta causa, quæ subesse non videtur dari, ad donandum ex quo esset dare, ad dilapidandum ut per Alex. consi. 125. col. 4. uol. 1. et consi. 53. col. 3. vol. 3. et ob id, dicebat alibi Bal. quod renunciationes quas faciunt puelle, fratribus etiam curatoris auctoritate, licet iurent sapientes donationem, non valent, in statut. in §. donatio nu. 2. Et Corn. quod non præsumitur in homine sanę mentis, consi. 69. nu. 31. uol. 1. & Alex. consi. 86. col. 4. uol. 2. & alibi quod habens liberum arbitrium, nunquam intelligitur hēre potestatem dissipādi & dilapidandi, consi. 52. nu. 8. uol. 6. post Iaco. but., & Bal. in l. si procurator C. de procu. & signanter per tex. in d. l. filiusfamilias. Et idem dicit in tutore habente generalem

neralem administrationem cum libera, Deci. seni. in l. pactũ curatoris in prin. C. de pac. & Pau. Cast. quod hæredes minoris donantis, utpote lesi, tempore donationis, poterunt (si tempora largiantur) petere restitutionem in integrum, consi. 161. nu. 5. uol. 2. & Ro. ad propositum si testis dixerit, uidisse aliquem, alteri magnam pecunie quantitatem numerare, nec ex qua causa qđ ex causa mutui, & nõ donationis numerata præsumetur, inspecta maxime uilitate personarũ, consi. 290. nu. 5. & 6. Et Bal. in l. generaliter in 4. oppo. C. de nõ nume. pe. quod stultus est qui sine causa promittit, quodque donare non presumitur nec donantem debitorem facit nuda uoluntas. Et amplius, si contrahentes in contractu causam apponant non ueram, scientes uerã, quod non intelligetur donatio hoc casu facta, sed stultitia promittentis potius, quam liberalitas. sed quid de donatione Constantini, & dato quod fiat ex cã & ualeat d. l. filiusfamilias obligabit ne donans sibi donatarium ?

Resp. Qui tenet donationem Constantini non ualuisse, hæreticus est c. fundamenta §. 1. de elec. in 6. c. constantinus 96. d. Alex. consi. 24. col. ult. uol. 5. & consi. 25. col. 5. eo. lib. maxime ex causa remunerationis facta, cum ipse fuisset à lepra liberatus & not. alias in rub. fforum Bart. nu. 14. & est arg. in l. aquilius regulus ff. de dona. & hinc legatũ quoq; est donatio demũ inter uiuos causa mortis & propter nuptias, ut per Bar. in l. legatum in prin. ff. de lega. 1. ista ergo cum fuerit remuneratoria omnino (ut diximus) ualuit. maxime confirmata à tot Pontificibus & Imperatoribus, ut in d. c. fundamenta, & in cle. ne Romani, de iure iu. & in c. ego Ludouicus

uicus,63.d.& in extrauagan.Bonifacii vnam sanctam, quodq; hæresis sit aliter tenere firmat Abb. consi.84.col.1.uol.1.Clarũ est etiã (quoad aliud) quod sibi obliget ad antidora.l.sed si lege §. cõsuluit ff.de peti.he.estque hec iusticia commutatiua, iuxta illud, alter alterius onera portate. ad distributiue differentiam quæ conuenit Principi, distribuenti bona & honores optime meritis,improbis uero & flagitiosis pœnas infligenti cõdignas. est uerum quod obligatio hec nõ est ad agendum potens ut inquit glo.in l.ex hoc iure ff.de iusti. & iu. & Bal.in Marga.sua in §. donatio nu. 14. tamen ut dicit Ias.in d.l.ex hoc iure,& Cur. iuni. consi. 54. nu.3.producit multos laudabiles effectus.

71 Int. Rei demonstrate frustra fit demonstratio,inquit uulga.tex.in l.1.ff. de dote prælega. & in simili, illud longe magis usitatius habemus in ore,superuacuis laborare impendiis,qui solem facibus illustrare contendit,de quo in c.si omnia 6.q 1.specu.in§.nunc de exordiis.nu.31.de aduo.in Syluam non ligna feras non arboribus folia, & id genus plura. Et ad propositum in Gallopresso,(is enim erat Bidellus Azonis iuxta not. in l. certũ ff. si cer. pe.) potest etiã exemplificari, ut exemplificat Bal. in l.hac consultissima col.2.C.qui testa.fa.po.& sic dicit in l. 1. per illum tex. ff. de resti. in int. & per tex.in d.l.1.de do.præle. quod illud quod est euidens alia demonstratione non eget,& in l.minoribus colum.2. C. de his quibus ut indi. quod in re aperta,superuacanea est expressio causæ,puta si interlocutoria sit, cuius iniquitas detegatur per allegationem iuris,quia non est necesse ex hoc quod exprimatur appellationis causa. Cassiod.post eum

de-

decisio.5.nu.4. de seq. po. & fruc. unde fit hinc ut nec in notoriis sit opus sententia declaratoria, nisi ad cautelam l. emptorem in prin. ff. de ac.emp. l. at qui natura §. cũ me absente ff. de nego. gest. idem Bal. consi. 260. col. 2. uol. 2. Nec secus sibi volunt verba illa Io.10.dicentis Opera quæ ego facio in nomine patris mei, testimonium perhibent de me, quasi dicat, clarum est & uobis patet quod ego sum Christus, usque adeo, ut non sit opus (sciscitabantur enim pharisei sic audentes, dic nobis palam si tu es Christus) hoc ipsum nobis aliter dicere uel demonstrare. Imò si manifesta probarentur, quod obscurior sanè foret probatio quam manifestum, ut docet & exemplificat Bar. in l. de etate col. 9. ff. de mino. hinc Cice. offi. 2. Panætium quodammodo reprehendit quod in re non dubia vtatur testibus minime necessariis. & hoc est rursum quod prouerbio dici solet, quod patet expresse probare non est necesse, ut inquit Bal. in c. constitutis nu.4. de ap. & Luc.22. ibi quid adhuc testes desideramus? ipsi enim audiuimus de ore eius. sed mihi maxime mirum videtur, quoniam alibi prætoris edictum manifestum est, & nihilominus eiusdem interpretatio, non est negligenda, dicit I.cõ. in l.1. in §. quanuis ff. de ven. inspi. & ibi glo. aduertit, & dicit pugnare cum tex. d.l.1. ff. de dote prælega. & non soluit, quomodo igitur concordabunt?

Resp. Toto posse niti debemus, iura iuribus concordare l.1. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de ele. in 6. verum igitur est quod dicitur in d. l. 1. ff. de dote præleg. verius dictum in d. §. quanuis, sed nõ quod interpretatio ipsa, necessaria sit, non spernenda tamen, quia probabilis vnde in iure nihil tam

clarum

clarum esse dicit imp. quod solicitam quandam du bitationẽ non recipiat in §. si uero in auten. de tabellio. si maxime fuerit iurisperitorum, ex quo ferrum ferro acuitur, argumẽtis causa deciditur & ueritas sepe & sepius excitata magis splendescit in lucem ut not. in c. cum Io. de. fi. inst. & in l. qui filiũ in §. sabinus ff. ad treb. Bal. in l. præcibus C. de imp. Alex. consi. 74. in prin. uol. 4.

72 Int. Dicto vnius standum non est, etiam si pręclare curie honore præfulgeat, inquit tex. in l. iuris iurandi. C. de testi. vnde vulgatum dicterium illud prodijt, vox vnius uox nullius, quod in præiudicialibus est intelligendum. ut ibi, & in c. à nobis eo. ti. & in c. nobilissimus 97. d. Feli. in c. quod super his col. 3. & 4. de fi. inst. imò quod nec Papa vel Imperator facere potest, quod vni tantum credatur c. indicas 3. q. 9. idem Feli. in c. constitutus col. 9. de rescrip. & in c. cum olim col. 11. de re iud. & vtrobique post Ro. sing. 707. & hinc est, quod nec testibus singularibus adhibetur fides, vt in d. l. iuris iurandi, & in c. tam literis not. eo. ti. & in c. cum dilecti de elec. Corne. consi. 134. in prin. vol. 1. quandoquidem singularitas dolum arguat, ut dicit Bal. in d. l. iuris iurandi C. de testi. sed ponamus quod de probanda morte agatur, stabitur, ne dicto unius testis tantum, & si falsum dixerit, dubito, an puniatur, & plus in materia, quod licet Papa uel Imperator facere non possit dicto vnius credendum esse, potest tamen testator in executione sue voluntatis l. theopompus. ff. de dote prælega. quid igitur his casibus dicendum, & quomodo duo hec contraria stabunt simul, quod Papa qui est ordinarius Iudex, et omnium quidem supremus et Christi Vi

carius

carius in terra c.cũcta per mũdũ c.p principalẽ 9.q. 3.& Imperator dñs totius orbis l. deprecatio ff.ad legẽ rho. de iac.l. bene à Zenone de quad. pſcrip. nec poſſint iſtud facere vt s. & tñ poſſit priuatus ?
Reſp. Sicut quam pluribus alijs caſibus regu.d.l.iuris iurandi, fallit vt alibi dixi ſepe, nouiſſime fallit etiam ſi de morte probanda agatur, autentica hodie.C.de repu.& ibi Cy. & Ange.in penelope exẽplificant,& dicit idem Ange.quod ita de facto vidit ſeruari Peruſij ſi de morte recẽti tamen agatur, quoniam alias per famam probaretur,& tradit fuſius Boer.deciſio.288.col.2.par.2.tamen aduertendum eſt,quia bene dicunt Cy.& Ange.in d.auten. hodie quod vxor debet expectare,ſed non quod mors probetur per vnum teſtem, vnde Bal. in l. ubi numerus ff. de teſti.dicebat alias, quod illud eſt potius ad excuſationem criminis, quam ad probationis fidem quod videre licet, quia recipitur teſtis ante litem conteſtatam, ideo cogitandũ eſt, vel dicendum, quod non ſimpliciter ibi deciditur dicto vnius ſtandum eſſe, ſed præſumptionẽ ipſam,quæ eſt de morte, propter conflictum belli, teſtimonio ducis vel alterius, eſſe coadiuuandam, vt declarat Ancha.& bene conſi.401.col.1. Quoad ſecundum ſi teſtis eſt iuratus punitur. d. auten. hodie, ſin minus nõ l.ſi quis cum falſo ff. ad legem cor.de fal.Ricar.conſi.10.vol.1.criminalium. Quo ad tertium dicendum eſt, illud ideo decidi in d. l.Theopompus,quia agitur de exequenda voluntate teſtatoris,qui in re ſua eſt moderator & arbiter, arg.in l. in re mandata C.man. §. diſponat in auten.de nup.& teſtis ille eſt, cui credi debet, voluntatis exequende non ſolemnizande ut inquit

Bal. in l. fi. in fi. C. de codicil. & executor notitie gratia datus, qui melius noscebat volũtatem ipsius testatoris, & uires patrimonij, quam alius, vt idem Bal. dicit consi. 123. col. 2. vol. 5. & extraiudicium quo casu de communi consensu partium procedit & tunc sibi creditur vt dicit Feli. in c. cum a nobis col. 4. de testi. & in c. proposuisti col. 3. de proba. Alex. in l. mutum col. 3. ff. de acqui. he. idem Bal. in c. veniens. 1. nu. 4. eo. ti. & quod istud in ultima voluntate ex his sit speciale, tradit Bar. in l. fi. nu. 3. ff. de prẹto. stip. & Goza. Bononien. consi. 94. nu. 15. an autem is debeat iurare, distinguendo pulchre declarat Alex. cõsi. 54. col. 1. & 2. vol. 2. vt per eum. et est verum insuper, quod dicto vnius regulariter standum non est, ut probet, sed vt indiciũ faciat sic. l. non omnes. §. à Barbaris ff. de re mili. Bar. in l. maritus col. 1. ff. de questio. si super veritate deponat tamen secundum Bal. in l. cum proponebatur col. 1. ff. de lega. 2.

73 Int. Sẹpe dicimus, disputamus, mentionemq́ue facimus, de verbis enunciatiuis, quod non disponũt l. ex hac scriptura ff. de dona. l. ex his verbis, et vtrobique docto. multa. C. de mi. testa. non nihil in l. verba. C. de testa. et in l. potuit et ibi Bal. col. 2. C. de iu. de. et secundum regu. quidem, quoniam alias multifariam multisq́ue modis limitatur, in antiquis, in Principe, si per modum causæ proferantur, si inter easdem personas, si ad exceptionem et liberationem ad pias causas, si principaliter et non incidenter, si de modico agatur prẹiudicio, uel fuerint geminata et alijs sanè quam pluribus, quos non scribo, et his casibus quibus limitatur regu. verba ipsa enunciatiua dicuntur dare

re

re eſſentiam rei, ut declarat Bal. in c. cum in iure pe ritus nu. 15. de offi. de. ſed nondum accepi, quę ſint quomodo cognoſcantur, et quomodo à diſpoſitiuis differant.

Reſp. Scire quidem iſtud quiſque facile poteſt, nãque uerba ennnciatiua cognoſcuntur, et ſunt huiuſmodi, quando ſtant ueluti prohemium ſeu præambulum quoddam, ad id, quod diſponitur, uel ſi nõ conſiſtat in eis uoluntas, tranſeant in aliud, nec ſint principalia in oratione ubi alias diſpoſitiua per ſe conſiderantur, et propter ſe etiam principaliter emanant d. l. ex hac ſcriptura c. ſi Papa de priui. in 6. cle. ſi ſummus, de ſent. excom. Bald. in l. 1. col. 2. C. de fal. cau. ad. et in c. 1. in §. perſonam uero in fi. per quos fi. inueſti. in uſib. dicuntur quoque huiuſmodi, quando de præterito uel de futuro actum enunciant, non ſi ſint præſentis temporis, quia tunc erunt diſpoſitiua, ut per Alex. cõſi. 190. col. 6. uol. 6. ex not. in d l. ex hac ſcriptura et in l. titia cum teſtamento ff. de lega. 2. et in l. quoniam in dignum. C. de teſta. idem Bald. in autent. et qui iurat col. 6. C. de bo. auc. iud. po.

74 Int. Prima manus, tranſit ad ſecundam, ſed non due ad tres, memini me alibi legiſſe, ſed non præciſe quo in loco, nec planè intelligi poſſunt uerba hec, niſi magiſtra declarentur uoce, quid ergo ſibi uolunt?

Reſp. Non aliud, niſi quod quamquam exemplo credendum ſit, ſi tamen ſolemniter ſit ſumptum, ut docet Card. in c. albericus in prin. de teſti. et ibi Feli. col. 2. non tamen creditur exemplo exempli, ſicuti nec teſti de auditu auditus l. ſancimus et ibi Bal. C. de diuer. reſcrip. Bar. in autent. ſi quis in ali-

quo documento col.2.C.de eden.& ibi etiam Soci.idem Bal.consi.352 col.2.uol.1.et in Marga. sua in §.exempla nu.1.Bertran.consi.350.nu.12.uol.2. Alex. pulchre consi.138.col.3.uol.1. et ita residēt oēs usque adeo, ut exemplo simpliciter non creda tur nisi sumpto ut supra, sed tamen sciendum est, si exemplum exempli, manu eius, qui fuit rogatus sumatur, quod probat, ex quo quodlibet suū exēplum, dicitur originale, ut per Bar. in l. siquis exargentariis in §.prohibet ff. de eden. Pau. Cast. in l. publicati col.2.C.de testa. Areti.insti.de legi. paren.tute.ad fi.Feli.in d.c.Albericus.col.2.prælle-ga.et si diceretur (ut dicūt aliqui) quod dicta l.sancimus, esset sic de indubitabili, quoniam si non creditur exemplo, multo minus credetur exemplo exempli, et sentit Albe. in d. autent. si quis in aliquo, dando alium intellectum ad tex.in d. l. sancimus, speciale fore ibi in rescripto principis, exemplum ipsius non probare, et quadrāt uerba, tamen potest responderi (à communi intellectu non discedentes) quod imò erit de dubitabili, ex quo inducitur (ut supra) quod si exemplo creditur, legitime tamen sumpto, non tamen credi debet exemplo exēpli, et ita ibi dicebat Ricar.mal.Cy. et Bal. et facit quod habetur in l. fi. C. de fi. instru. idem Bal. in d. autent. siquis in aliquo col. 2. est uerum (notandumque est) quod licet non credatur eidem nec fidem faciat, quod tamen facit indiciū, ut not. pariter in l.2.ff.de fi.inst. Idem Bal.consi. 204. ad fi.uol.3.

75 **Int.** Quæ de facto procedunt, de facto etiam reuocantur l.minor ubi glo.not.ff.de euictio. l. 1. §. 1.ff.si mul.uen.no.Bal.in missione in po. exemplificans,

ficans, in l.2.in prin. et per illum tex. C. ne ux. pro ma.& in l.2.in prin. C. si propter pub.pen.& in l.fi. col.3.C.de edic.di.Ad.tol.& consi.181.ad fi.uol.1. & consi.149.ad fi.uol. 3.& in tenuta in l 2. lectu. 1. col.2.ff.de fer.multa Ias.in l.quod iussit col.8.ff.de re iud.hinc dicebat Bellame. quod excommunicatus per errorem, eodem errore absolui poterit etiam parte non vocata, decisio.364.& Bal.in c.cœterum nu.8.& 9.de iudi.quod id quod malo ordine factum est, debet bono in irritum reuocari.non nihil in c. venientes nu. 3. de iure iu. & in c.inter quatuor ad fi. de maio.& obe.multa in c.quod ad consultationem nu.3. de re iud.& breuiter indubitatum est. Tamen si sine ordine captus soluat, non repetit l.fi.§.fi.ff.quod me.cau.Bal.in c.tue in fi. vt lite non con.qui dicit etiam in c.ex parte M.nu.19. de ap. quod quædam de facto facta nocent, quædã prosunt, si fiant pro obseruantia cõtractus. Imò si actus inualidus de facto seruetur, perinde est ac si validus fuisset, & quamquam actio sit extincta, potest tamen quis pati ut conueniatur & condemnetur, secundum glo.in l.qui habebat ff.de ma. testa. & in l. nam & seruius ff. de nego.gest.& in l. si quis vbi Bal.col.1. C. de testi. Bar.consi.100. col. 2.sed ad propositum scire vellem, quid sit factum istud, seu via facti?

Resp. Non aliud, nisi modus, quo non via iuris & iudiciorum, sed liberi arbitrij exercetur, ita Bal. in statu.in §.capere nu.16.melius in c.nisi nu. 6. de offi.le. quod proprie de facto fit, quod fit omisso ordine iuris, vnde iuris con. alibi sic dicit, facti potius questio est quam iuris in l.idem erit, ubi idem Bal.multa ff. de sta.ho.& sic etiam dicit in l.quatenus

nus ff.de regu.iu.& seruit ad id quando in compromisso apponitur clausula, quod arbitrator de facto procedere possit, quia intelligitur non seruato ordine, sed manu regia, & vni partem auferre dare vero alteri, & ut fusius not.in l. Imperatores ff. de pac.& in glo.videbitur ad fi.in extrauagan. ad reprimen. Corn.consi.114.nu.8.vol.2.

76 Int. Pro sententia iudicis præsumitur, l.herennius §.caia.ff.de euictio.l.2.C.de offi.ci.iud.c. in præsentia de renun. Etiam si sit minimus, inquit Bal. in c.cum ab ecclesiarum nu.3.de offi.ordi.si acta tamen patiantur ut declarat alibi in c. quoniam contra nu. 25. de proba. & quamquam faciat aliquando de nigro album, deq; certo interdum dubium & incertum l.si non sortem §.hæredi ff.de condic. ind. idem Bal. in c.cum super col. fi. de cau. po. & prop.& ad propositum actorum sciendũ est, quod per ea ueritas illuminatur, siq̃ue possunt interpretari pro & contra, adhuc pro sententia semper præsumetur, ait in c.causam nu.1.& 2.de re iud.& si dixerit iudex rursum, condemno Titium in decem, Seio, ex causa mutui, quia ita dicunt testes, ualebit sententia, & pro ea præsumetur, quamquam testes dicant se de mutuo nihil scire, & trãsibit in rem iudicatam secundum Inno.in c.quoniam cõtra, ubi etiam Hosti.& Io.And.& Bar.in l. si is ad quem.ff. de acqui.he. Alex.consi.2.col.2.vol.2. Qui dicit etiam consi.77.col.4.eo.lib.non esse mirum si a tribus conformibus de quibus in cle.1. de re iud.non appellatur, quia pro iudicibus qui eas tulerunt præsumitur, & breuiter ita omnes dicunt, sed dubito, an indistincte istud verum sit, & generaliter in omnibus iudicibus.

Resp.

Resp. Scio me dixisse alibi sæpe, sed quia natura semper nouas deproperat edere formas l. 2. §. sed quia C. de uet. iu. enu. c. 1. §. sed quia quæ fue. pri. cau. be. ami. in vsib. multa nunc dicam, alias non dicta, sciendum igitur est, quod non in omni iudice locum habet, nec indistincte verum est, quod dicitur in iuribus ad idem allega. namque si reclamatū sit, & à sententia appellatum, appellatio tollit uires præsūptionis l. 1. ad fi. ff. ad turp. l. furti. ff. de his qui not. infa. §. illud quoque in auten. de his qui ingred. ad ap. Inno. in c. bone de elec. But. & Abb. in d. c. quoniam contra. Ro. in l. sciendum ff. de verbo. ob. Alex. consi. 119. col. pe. vol. 2. & consi. 117. col. 1. vol. 7. & ideo oportet quod transeat in rem iudicatam quia tunc faciet præsumptionem iuris & de iure pro veritate habebitur, pariet exceptionem rei iudicate, & ex ea inducetur acquisitio dominii uel quasi, ut in iuribus supra alleg. quæ ita debent declarari & in l. ingenuum ff. de sta. ho. & in l. statu liberi à cœteris in §. quintus ff. de statu libe. Alex. consi. 156. ad fi. uol. 2. et consi. 173. col. 1. eo. lib. et sic stantibus istis non admittetur probatio in contrarium. In maleficijs quoque semper præsumitur aliquid iniuste factum, nisi probetur contrariū vt not. in l. 1. C. de confe. Bal. in c. sicut ad fi. 1. de re iud. Et in iudicibus ordinarijs, cadit hec præsumptio l. vir bonus ff. iud. sol. c. nisi, et ibi Abb. de præben. non delegatis, nisi de iurisdictione constet, ut tradit Inno. in c. cum in iure peritus de offi. de. Bal. in Marga. sua in §. præsumptio nu. 13. et idem dici posset in arbitro l. non distinguemus §. de officio ff. de. arb. l. priuatorum. C. de iu. o. iud.

Int.

77 Int. Ab executione non esse incipiendum, indicant verba, alibi posita nimis propere Iudex Marcelle pignora, capi ac distrahi iussit, ante rem iudicatam in l. 1. C. de execu. rei iud. et in l. vnica C. de prohib. seq. pecu. et in l. negantes C. de ac. et ob. & in l. si pacto quo pœnã. C. de pac. & hoc est quod dicit Pau. Cast. quod præceptum executiuum, nulla præcedente causæ cognitione, seu condemnatoria, quæ fieri debet parte præsente & vocata, nullũ est pariter, consi. 3. col. 1. uol. 2. & quod ordine circumscripto, nullum est quod agitur, consi. 464. col. 4. eo. lib. & probatur in l. prolatam C. de sen. & in l. si cũ nulla de re iud. Alex. consi. 41. col. 1. uol. 4. clarius. & consi. 34. col. 1. uol. 3. Imo. consi. 105. col. 1. & 2. & consi. 112. col. 2. & Fulgo. cõsi. 176. col. fi. quod non ab executione rursum, sed a cognitione iudiciorum, sumi debet exordium. Ea de re, si mandatur executio, eidem prius cognitio mandari intelligitur l. & si non cognitio & ibi Bar. C. si con. ius uel uti. pub. Abb. consi. 134. col. 4. uol. 2. & facit, quia aliter (ut dicit glo. in c. nullus pluribus de regu. iu. in 6.) poneretur carruca ante bouem, siue frenum ad caudam, inquit Odof. in l. ut debitum C. de here. ac. & est prouerbium gallicum, la carrue va deuant le Boeuff. hoc est currus trahit bouẽ & inde est cõmuniter, quod instrumenta non habent executionem paratam l. minor uiginti quinque annis cui fideicomissum ff. de mino. quodque capture cum non sint sine grauamine & obrobrio, non permittuntur, de iure, per modum executionis nisi contra condemnatos cõtumaces ut inquit Bal. in statu. in §. capere nu. 11. sed quid est executio proprie, quidque, si periculum esset in mora, vel de

de præstationibus publicis ageretur ?

Resp. Scio etiam de hoc me alibi dixisse multa hic non aliter repetenda, ad quæsita nouissime tamen respondẽdo, executionem nil aliud esse, nisi satisfactionem quandam, quę fit ministerio iudicis, sententiam adimplentis. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. & si mora periculum sit allatura (secundum resoluentes) tunc limitabitur regu. & poterit a præceptis incohari. l. si quis filio §. hij tamen ff. de iniust. testa. l. constitutiones ff. de ap. diximus in l. 1. satis ff. de offi. eius. & idem in præstationibus publicis l. 2. C. de apparito. lib. 12. l. cum eo & ibi Bar. ff. ad legem iu. pecu. Gui. Papa singu. 314. & quo ad regu. ex his firmatam, in non exceptuatis casibus l. quæsitum §. denique ff. de fun. inst. nota & obserua, quod missus in po. uel tenutam ordine iuris nõ seruato fructus suos non facit, sed computantur in sortem ex quo nõ est bonefidei possessor, ut per Bal. in l. 2. ad fi. C. de serui. & in l. sancimus C. de iudi. not. in l. si pacto quo penam C. de pac. & sic quod hoc casu pro iudice nec pręsumetur, quia debitum ordinem non seruauit in procedendo, ut in locis præallega. legitur, & bene.

78 Int. Qui accusare uolunt probationes habere debent, & actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare C. de eden. l. actor quod asseuerat C. de proba. l. ei qui. ff. eo. l. 1. ibi, quæ in libello contulisti proba, C. noua uectiga. insti. non posse. c. 1. ut ec. bene. & ecõtra, eo probãte conuenit ut sentẽtia pro eo feratur l. quinquaginta ff. de proba. l. qui sentẽtiam C. de pen. c. cum Io. de fi. inst. Alex. con si. 189. col. 1. & idem in criminalibus quamquam differant in aliquo, ex quo primo casu, defertur iu-

N ramen-

ramentum in supplementum probationis, secundo non, l. in bonefidei C. de reb. credi. l. maritus ff. de quæstio. Feli. in c. fi. col. 1. de calumnia. & in appellatione l. per hanc autem C. de tempo. & rep. ap. l. ita demum. & utrobique not. C. de procu. quo casu etiam non proprie actor & reus dicuntur, sed appellans & appellatus, ut per Bal. in c. pastoralis in §. 1. nu. 8. & 9. de offi. de. & ad propositum, qui non probat calumniari uidetur, c. finem litibus & ibi not. de dolo & contu. l. dolo ff. ad legem fal. Cuma. consi. 74. col. 2. Bar. in l. nõ ignorat in prin. C. de fruc. & lit. expen. & quod actor probare debeat, id quod est fundamentum sue intentionis, ut iniuribus præallega. & in l. eum actum ubi glo. ff. de nego. gest. est secundum communem cursum causarum, contra uero si reus in se onus probandi assumat, ut not. in l. edita. C. de eden. Bar. in l. fundum nu. 2. ff. de excep. imputãdusque est, cum ad id non teneatur d. l. qui accusare, imò quod consuetudo inducens superfluas probationes non valem resecans autem sic c. 2. de proba. Abb. in c. cum esses in rep. in prin. de testa. sed quid in interdicto vti posidetis an turbatus probare teneatur.

Resp. Non tenebitur, si reus confiteatur se possidere, quia ex hoc probatur turbatio, ut per Cy. in l. 1. col. 5. C. vti po. Bar. in l. si prius ff. de no. o. nun. Bal. in l. ordinarii C. de rei ven. Corn. consi. 101. col. 1. vol. 2. & minus in feudo, si pro actore sit præsumptio contra reum quia tunc probat reus c. 1. & ibi Alua. col. 8. si de inuesti. int. do. & ua. lis oria. in vsib. vel si essemus in atrocioribus criminibus aliquo diffamato, quoniã is teneretur pariter se purgare per iuramentum vel alio modo nec haberet

locum

locum regu. d. l. qui accusare, & similium, ut ibi not. & in l. ubi, & ibi Pet. Cy. & alii C. ad legē cor. de fal.

79 Int. Dominium rei legate recta uia transit in legatarium l. à titio ff. de fur l. 2. C communia de lega. vsque adeo vt fructus ex re legatarii percepti dicantur, secundum Bar. in l. in fideicommissaria in prin, col. 2. ff. ad treb. deque singulari legato intelligendum est, non uniuersali quia istud non trāsit, nisi restitutione facta, ut idem Bar. dicit in l. 1. col. 3. ff. de lega. 1. Imo. in l. restituta in prin. ff. ad treb. saltim uerbali ut ibi. clarius Boeri. decisio. 156. nu. 13. par. 1. & hac ratione legatario datur actio realis ultra personalem & hypothecariam §. 1. iuncta glo. insti. de lega. et cum hoc idem sit in legato, datur intelligi, quod secus erit in hæreditate arg. in l. cum prætor. ff. de iudi. et in c. non ne de præsump. requirente aditionem, ut inquit glo. in l. fi. in §. tali C. de cura. fu. et idem est in donatione causa mortis, quod in legato hic l. 2. ff. de publicia. Bal. in Marga. sua in §. dominus nu. 13. et asserit illum tex. non esse alibi et in legato ita demum; uerum, si sit in specie, non si in genere, uel in quātitate ut not. in l. 2. C. de lega. et in l. si in rē ff. de rei uen. idem Bal. in loco prællega. in §. legatum, nu. 15. Ias. in l. si quis testamēto in §. 1. nu. 7. de lega 1. et idem in usufructu l. is cui l. sempronius attalus ff. de usuf. lega. Corne. cōsi. 257. nu. 15. uol. 1. sed quid in possessione uel si legetur res hæredis, aut uetet et disponat testator ne transeat, quid iuris?

Resp. Quantum ad primum non transit nisi aprehendatur l. cum duobus §. idem respondit ff. pro

N 2 Socio

Socio l. si fundum ff. de fun. dota. Alex. consi. 4. col. 1. uol. 2. requireturque traditio pariter (quo ad secundum) l. magis puto §. si fundus ff. de reb. eo. glo. in l. Papinianus ff. de serui. Bar. in l. si hæredis seruus ff. de lega. 1. Crot in l. filiusfamilias in §. diui. nu. 40. ff. eo. Ias. in addi por. insti. de lega. in fi. prin. Et si uoluerit testator dicendum est, quantum ad tertium quod idem facere possit, ut sentit Bal. in l. 2. C. ut in po. lega. et Alex. in l. 1. col. 14. ff. de lega. 1. quia potest etiam tollere hypothecam, ut tradit Bar in l. nemo potest, et ibi pulchre Seysel. col. 4. ff. eo. aliae etiam cum declarationes tum limitationes, traduntur, ad d. l. à titio, sed quia alibi aliquando etiam dixi, quamquam aliter, transeo nunc, et alia declaro pro ut tamen interrogatus fuero.

80 Int. Citatio facta diebus feriatis in honorem Dei non valet, puta die Dominica, (nos enim eam diem religione colimus, Iudei Sabbatum, vnde Sabbatarij etiam appellantur eorumque feriæ Sabbata, idest dies, ad quietem destinati, quique opus ea die fecisset, lapidabatur olim, Turcæ Veneris & etiam Iouis celebrant, putãtes ea die Mahumetem natum) l. dies festos, ibi, sileat horrida uox præconis C. de fer. Bar. in tracta. represalia. col. 18. & melius de ordi. Iudi. col. 2. et feriæ dictæ sunt, à ferro, uel à feriendis animalibus in veterum sacrificijs, Sacerdotis manu. Et quod citatio d. diebus facta non valeat, tradit Pau. Cast. consi. 270. col. 2. vol. 1. dicens quoque alibi quando non allegãtur signa instantis fugæ, sed solũ carentia immobilium, quod captura debitoris, concedi non potest die feriata in honorem Dei hoc est (vt dixi) die

die Dominica consi. 473. col. 1. vol. 1. Ferrarien. in l. 2. col. 3. ff. de iu. o. iud. & alij in l. vinum ff. si cer. peta. deque materia multa, Boer. decisio. 259. nu. 8. par. 2. Et hoc est quod dicebat etiam Gui. Papa decisio. 215. col. 2. quod nec executio sententie, dicta die fieri poterit. Et die Dominica dixi, quia forte alia feriata in honorem Dei, vel sanctorum secus, de quo tamen plene Gui. Papa in loco præallega. & docto. in l. 1. in §. nunciatio ff. de no o. nun. maxime si causę cognitio nõ requiratur. & plenius idem Gui. Papa consi. 36. col. 1. & 2. Alex. consi. 53. col. 2. vol. 5. Non possunt etiam dicta die, iurare testes, ut inquit Gul. de cu. in l. iurisiurandi C. de testi. & Spe. in §. sequitur in ver. quid si tũc, de fer. & Alex. consi. 213. col. 2. vol. 2. sed nunquid Papa possit dispensare contra d. l. dies festos, imò videtur, quod sit tex. qui prædicta omnia destruat, in c. veniens de accu. vbi ad festum resurrectionis Dominicæ Episcopus pragen. fuerat citatus, & tamen citatio valuit, quod apparet ex eo, quia ipsi contumaci propter infamiam citatio rursum, & purgatio indicta est, nescio igitur quomodo iura ista possint concordari.

Resp. Nullo modo potest nisi cum quibusdam ex causa, foretque dispensatio alias contra ius diuinũ quod habet, Sabbata santifices, & de quo in c. 1. de fer. tradit Feli. in c. fi col. 3. de maio. & obe. est verum quod cum aliquibus (ut dixi) dispensat, quod dicta die scilicet, possint piscari. c. licet de ferijs declarat Feli. in loco præallega. & maxime quia ingruente necessitate (& forte hec est causa) id, Parrochianis ibi concessum est, & quia piscis portionem pauperibus contribuere tenebantur.

Quo-

Quoad ſecundum dico, tex. in d.c.licet d.l.dies feſtos, non contrariari, quia ad feſtũ (vt ibi per Abb. & omnes exponitur, ideſt circa feſtum. & in ſimili eſt tex. in c.cum dilecti de dolo & contu.glo.not. in regu.nemo ad fi. de regu.iu.in 6.

81 Int. Nomine diei nox quoque continetur, non è contra, & hoc quia dies naturalis, eſt viginti quattuor horarum, incipitque more Romano media nocte, & finitur media parte noctis ſequentis, & ſic duabus dimidiatis noctibus perficitur l.more Romano ff.de fer.l.cum biſextus ff.de ver.ſi.c.conſuluit de offi.de. Corne.conſi.54.col.1. vol.2. Bal. in c. cum in cunctis nu.4. de elec. & in c. veniens ad fi. de renun. & in c. ego enim nu.3. de iureiu. alius eſt artificialis, ſolum modo eo tempore quo ſol terram illuminat, vel (& melius) dicamus quod vſualis ſit, conſiſtẽs in operibus hominum, ab oriente ſole vſque ad occaſum l.1.ff.de op. lib. qui etiam vulgaris appellatur, quia ita ſonat in auribus vulgi, Artificialis vero ab arte, & ſtatutis hominum, quia dicatur in eis, quod ab vno ſono cãpane, vſque ad alium intelligatur dies, alius eſt emergens, & cerimonialis, ut in auten, hodie C.de ap. & in c. quoniam & ibi Bal. de fer. & ad propoſitum d.l.more Romano, in inſtrumentis & alijs quæ fiunt extra iudicium nox habetur pro die, quamquam in actis iudiciorum ſit ſecus ut in d.c.conſuluit not. Inno. & Bal. in Marga. ſua in §. notarius nu.35. Qui dicit etiam alibi, quod præceptum iudicis de nocte poteſt impleri, in loco præallega. in §. præceptum nu. 5. & in ſtatu. in §. arbitrium nu.28. quod arbitratores quibus tempus ſit limitatum à ſtatuto, poſſunt ferre laudum, uſq; ad mediam noctem vltimi diei.

Et

Et in §. ferie nu. 2. quod si statutum inducat ferias tempore rogationum, seque ad diem referat simpliciter dies erit vsque ad mediam noctem. Et Gui. Papa singu. 983. quod solutio poterit fieri de nocte quodq; pacta et transactiones valebunt. Et hoc est quod dicebat Feli. in d. c. consuluit col. 3. quod in contractibus et alijs actibus decisio d. l. more Romano seruari debebit. et fusius, in c. ecclesia S. Mariæ col. 17. de consti. et ex his saluari possunt testes, si unus dicat tale quid factum de nocte, alius de die, quoniã subaudietur naturali, viginti quattuor horarum ut supra, et tradit idem Bal. in c. fi. de treu. et pa. sed quid in delictis, et si contractus fiat de nocte, quõ poterit notarius dicere actũ tali die?

Resp. Ratione noctis non qualificatur contractus, et nihil ad rumbum, vel de nocte vel de die fiat, sed delictum sic, estq; grauius de nocte delinquere quã de die l. si ut allegas C. ad legem cor. de sica. Bal. in l. non minorem in prin. C. de transac. Deci. consi. 354. in fi. vol. 2. semperque est præsumptio contra repertos de nocte, iuxta illud, qui male agit odit lucem, nocte vagatur adulter, inuenireque marem et fœminam noctu, turpissimũ est, et si dicatur amice ad quid venisti, nullam habent excusationem, inquit Bal. cõsi. 337. col. 1. vol. 3. et consi. 427. col. 1. uol. 5. Poterit quoque et potest (quoad secundũ) eodem modo dicere notarius quoniam intelligitur de die more Romano. Cõsulit tamẽ idem Bal. quod ponat horã noctis, puta in galli cantu, quod attribuitur diei præcedenti, vel hora matutina, quod attribuitur sequenti et latius (sic enim omne periculum vitabit) ut per eum in d c consuluit, col. 2. de offi. de.

Int.

82 Int. Beneficium executionis de quo in auten. præſente C. de fideiuſſo. eſt vnum ex tribus competentibus fideiuſſori, primum eſt, credendarum actionum, ſecūdum, diuiſionis epiſtole diui Adriani, tertium vero, (vt dixi) excuſſionis, imò quod in fiſco iſtud etiam procedit, vt tradit Ro. conſi. 93. nu. 5. et quo ad regu dicit cōſi. 211. nu. 3. quod ſemper poteſt opponere exceptionem excuſſionis nō facte. et nu. 7. quod regulariter debet præcedere sētentia declaratoria debitorem non eſſe ſoluendo. et eſt ordo de perſona ad perſonam, et priuilegiū conceſſum ipſi fideiuſſori, in æquitate fundatum, vſque adeo ut tolli non poſſit, ſecundum Areti. in c. dilecti nu. 10. de iudi. pulchre Pau. Caſt. cōſi. 327. in fi. vol. 2. et iſtud dictum quidem, ſiue auten. prædicta, patitur multas limitationes, quas extenſe hic non ſcribo, quando notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, quando eſt rixoſus, vel ſi loquamur ſecundum canones, aut promiſſio ſiue obligatio, facta ſit in forma camere, de quibus in l. decem ff. de uer. ob. et in l. fi. ff. ſi cer. pet. et in l. 2. ff. qui ſatisda. co. et in §. item ſi quis et ibi Ias. inſti. de ac. et in auten. hoc ita, vbi Bal. C. de pigno Capel. Tholo. deciſio. 196. Grat. conſi. 87. col. fi. vol. 1. ſed quid ſi fideiuſſor obliget ſe principalem in inſtrumento, uel iuret, uel campſor iuſſus ſit alteri ſoluere, qui eſt ut fideiuſſor.

Reſp. Quamquam ſe dicto modo obligauerit habet nihilominus exceptionem ordinis, ut prius debitor principalis excutiatur ſecundum glo. in §. 1. in auten de. fideiuſſo. quam not. dicit Gui. Papa ſingu. 604. late diſputat Alex. conſi. 31. col. pe. uol. 4. et eſt ſimile in generali renunciatione, qua nec tolli

tolli uidetur, ius petendi cessionem à creditore cui soluitur, ut per Ro.consi.472.col.ulti.& Deci.consi.99 col.2.uol.1.est uerum (quoad secundũ) quod conueniri poterit, nec ordo seruabitur, nec excussio aliqua erit ad idem necessaria c. ex rescripto & ibi Bal. Ancha. & Abb. de iureiu. idem Alex. in præallega.consi.31.col.fi.Gozadi.Bononien.cõsi. 32.nu.14.Capel.Tholo.decisio.130. Quoad vltimum quoque indubitatum est, quod beneficium excussionis non habetur, & ratio est, propter præcipuam fidem quam habent homines in promissione horum hominum campsorum scilicet, & declarat glo.speciale fore hoc casu præceteris in §.ut argentariorum in auten. de fideiusso. quam celebrat Bal.in l.frustra C.de non nume.pe.& pro complemento notandum adhuc est, prædictisque addendũ beneficium huiusmodi concessum illis fuisse, qui iure antiquo poterant conueniri, ante principalem l. iure nostro C. de fideiusso. quod non est in fideiussore siue promissore, indemnitatis, de quo tamẽ per Bar.in l.curatores in §.fi. ff. de admi. re.ad ci.per.& in l.quæro ff.loca.& in l.1.C.de conue.fi.debi.lib.10.& per Alex. plenius consi.31.col. 3.uol.4.præallega.

83 Int. Licet tex.in l.si quis intentione ambigua ff. de iudi. in libello intelligatur secundum omnes, (nõ enim sibi aliud vult.d.verbum intentio §.si minus insti. de ac.) quod verba scilicet sunt improprianda, vt saluetur, & ut aliquid operentur idem tamen est etiam in verbis inquisitionis, ut inquit Feli.post But.in c.cum contingat col.1.de rescrip. & idem in verbis sententie l. & puto, ff. fami. her. Nec secus in testamentis & vltimis voluntatibus

l.in ambiguo, & ibi Bar.ff.de rebus dub.vel in con
tractibus loquamur l. si insulã ff.de præscrip.ver.l.
si stipulatus ff.de vsu.vel in iuramẽto l.sed & si pos
sessori §.itẽ si iurauero ff. de iureiu. vel in priuile-
giis l.1.ad fi.ff.ad municipa.vel in testium dictis ac
depositionibus, interpretandis l.stipulatio ista.§.
hi quoque ff.de uer. ob. Ro. late consi. 180. nu. 3.
Abb. in c.ex literis col. 2. de pigno. sed ad senten-
tie propositũ (in cæteris non est difficultas) dubi-
to, quomodo sic ipsius verba possint impropriari,
cum stricte alias intelligi debeant & prout iacent,
l.1.vbi glo.C.si plu.vna sen.Pau.Cast.consi.76.col.
2.& consi.192.col.1.vol.2.Bar.in l.si expressim col.
2.ff.de ap.& in l.1.C.si aduer. rẽ iud.in prin.Alex.
consi.174.col.1.vol.2. & consi.95.col. pe. eo. lib.
item ad materiam pone,quod iudex dicat sic,con-
demno Titium Seio, in decem,forte quia est debi
tor suus,valebit ne huiusmodi pronunciatio?

Resp. Quoad primum non est dubitandum, quia
verum est,quantũ ad contenta in ea, sed non quod
verba ẽt non debeant large & improprie intelligi,
vt potius valeat quam pereat,ita Feli.post Abb. in
c.auditis col.1.de præscrip. Seysel.in l. 1. in §. qui
præsens col.3.ff.de uer.ob. Quo ad secũdum,licet
debeat mature fieri, & cum magna causæ cogni-
tione.c.iudicantem.30.q.5.& istud dubitationem
aliqualem faciat, valet tamen,& maxime,quia (ut
valeat) verba improprianda sunt,d.dictionem for-
te capiendo,pro omnimoda affirmatione, & ita tã
dem tradit Alex. in l.cum quo ff. ad legem fal. per
glo.in d. l. & puto. & Feli.in c.accedens 1. ad fi. ut
lite non cont.

84 Int. Clericus citatus à lacio comparere non te-
netur,

netur, priuilegium allegaturus l. si quis ex aliena ff.de iudi.l.generaliter C.de ep.& cle.c. si diligenti de fo. comp. quod tamen debet intelligi uerum si certum sit & notorie constet, quoniam alias si dubitetur,an exemptus sit,tunc comparere tenere tur, priuilegiũ ostensurus seu allegaturus l. 2. ff. si quis in ius vo.non ie. & ita debet declarari tex. in d.l.si quis ex aliena,& differentie ratio est,quia primo casu nulla est pro iudice præsumptio, secundo autem sic,ut dicit Inno. in c. præterea de dila. & Bal.in statu.in §.cõparere.nu.1.& not.in locis prę-allega.& est arg.in l.hærennius in §.caia.ff.de euic. et in l.2.C.de offi ci.iud.vnde uidemus hinc,quod cognoscere potest an sua sit iurisdictio, c.super literis de rescrip.d.l.si quis ex aliena. Deci. in l. 1. signanter per ista duo iura,nu.69.ff.de offi.eius.nõ tamen de ap. ab ipso facta,quia probabili causa in ea exposita, iam appellans est exemptus à iurisdictione illius, illique suspectus c. ad hæc c. proposuit de ap.glo.in c. sollicitudinẽ eo.ti.Bal. in Marga. sua in §. iudex nu. 20 et quod in dubio d. l. si quis ex aliena,ita intelligatur,probat etiam tex.in l.2.in §.si dubitetur,ff.de iudi.not.in l.fi.ff.de iu.o. iud.declarat nouissime Bar. in tracta.de ordi.iudicio.col.2.et Bal.adhuc in c.pastoralis nu.14.de rescrip.pulchre Alex.consi.1.col.1.vol.5.& ibi etiam quod potest cognoscere an sua sit iurisdictio, col. 2.Io.And.in regu.scienti ad fi. de regu. iu. in mercu.et quando certũ est,non comparendo,non dicetur contẽnere,inquit Ange.in d.l.siquis ex aliena. et Feli. in c. cũ ordinẽ col.7. de rescrip. et proptérea Gui.Papa dicebat si clericus ab officialibus tẽporalibus capiatur,quando constat ipsum esse cle-

ricum quod eis auferri poterit, quia illicitum cõmittunt, decisio. 73. ad fi. et bene l. 1. §. hec verba ne uis fi. ci. l. 1. in fi. ff. ne quis eum qui l. 2. ff. si quis in ius vo. non ie. sed quid si compareat in habitu et tonsura, dicetur ne forum declinare? Et si in citatione exprimatur causa, concludens laicum esse iudicem clerici, tenebitur ne cõparere?

Resp. Quoad primum non declinabit forum, sed forus declinabit eum, estque declinatio passiua nõ actiua, et similis loquendi modus, in l. qui indignus ff. de sena. et in c. fi. et ibi per docto. de ui. et ho. cle. declarat Bal. in l. filius ff. de his qui sũt sui vel alie. iu. et Feli. in c. ecclesia S. Marię col. 27. de consti. Quoad secundum quoque dicendum est quod sic, et potest exemplificari in feudo, ut tradit Inno. in c. præterea col. 7. de dila. et Feli. in c. ueniens in fi. de accusa. et in d. c. cum ordinem de rescrip. col. præallega.

85 Int. Tritissima est regula, quod inclusio vnius est exclusio alterius l. cum prætor ff. de iudi. c. nonne de præsum. bonus tex. in l. Pomponius in §. 1. ad fi. ibi nam cum iudicatur, rem meam esse, simul iudicatur illius non esse ff. de procu. & facit quia sic uno reprobato, reliqua cõfirmantur l. tribunus §. fi. ff. de mi. testa. Bal. in l. 2. ad medium C. de sacro sanc. & generatio unius alterius corruptio est, uel e contra l. titio & seio & ibi Flo. ad fi. ff. ad legem aqui. ubi corrupto iure legatarii repudiantis, generatur ius solidi in personam collegatarii & hoc est quod dicit idem Bal. in l. pacta conuenta in §. papinianus col. 2. ff. de con. emp. quod quando mutatur forma substantialis fitque digressio de una in aliam, necessario inducitur primæ destructio, quia ge-

generatio unius est corruptio alterius. Ex quo fit ut non ab re hinc Aegyptii pingant anguem caudam sibi corrodentem & nil aliud significantem, nisi decrementum vnius rei, fore alterius incremẽtum. Et alibi quod desinentia unius est origo alterius in l.2.C.ut in po.lega.& post eum Feli.in rub. de præscrip.col.pe.et in c. secundo requiris ad fi. de ap.quod exemptio unius,grauat alios, maxime quando est onus vniuersitatis, idemque Feli. in c. accedentes columna penultima de præscrip. Et in statut.in §.cõfirmare nu 3. quod in statutis, qbusdam detractis,cœtera confirmari uidentur, signanter per tex.de quo etiam supra in l.tribunus in §.fi. ff.de mili.testa. Et quia speciali casu matrimonij fit computatio graduum,secundum ius Canonicũ in alijs standum est iuri ciuili, inquit rursum ipse Bald. in statu. in §. gradus nu.1. Facit etiam quia ad positionem unius, sequitur remotio alterius l. hec uerba ff. de uer.si.Gui.Papa decisio.138.col.5. Qui dicit quoque per hanc regu.determinari q.statuti quod extantibus masculis fœmine non succedant,ut excludantur ex inclusione masculorum,decisio.184.col.2.fusius Alex. consi.48.col. 7. uol 4. Dicimus etiam (quod maxime ad propositum facit)quod specialitas in uno casu,arguit ius commune in contrarium l.ius singulare l. quod uero contra ff.de legi.c.pręsenti §.loca,de pręben.in 6.item quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis l.quæsitum §.denique ff.de fun.inst.est uerum quod ista limitatur pluribus modis,ut per Feli.in d.c.nonne col.1.& 2 sed hoc unum quæro tantum, (ad regu.alias facit etiam qđ dicit Pau. Cast. consi.194.col.2.uol.2.& Corn.consi. 8.col.1.& cõ

ſi.39.col.2.& conſi.40.col.2.& conſi.47.col.2.uol.
1.Ro.conſi.237.nu.2. & alij, quos breuitatis gratia
non refero.) quid ſi includendo vnum reſultaret
abſurdum aliud excludendo habebit ne locum hu
iuſmodi regu. ?
Reſp. Omnium mentes aſpernantur, & reſpuunt, quod abſurdum eſt, ideo dico quod tunc non habebit locum, ut not.in præallega.c.nonne de præſump. & in pulchro caſu exemplificat Grat. conſi. 53.nu.21.uol.2.dic,ut ꝑ eũ,ut breuitati rurſum cõ ſulamus,quæ in narrationibus ſumma laus eſt,l. 1. ibi, breuiter cõmemorare neceſſe eſt,ff. de offi. ꝑfecti præto.& quia(ut inquit Iſocrates)in infinitã loquacitatẽ incidũt, qui omnia enumerare uolũt.
86 Int. Adeo eſt defenſio fauorabilis cum ſit de iure naturali cle. paſtoralis de re iud.l.1.§. cum arietes,ff.ſi quad.pau.fe.di. l.ut uim ff.de iuſti. & iu. ut liceat (quemadmodum ibi dicitur,& in l.1.in §.eũ qui ff.de ui & ui ar.)uim ui repellere,quod ius(ſub ijcit ibi I.con.)natura comparatum eſt, cum moderamine tamen inculpate tutele l.1. & ibi plene not. C.unde ui. Imò quod pro defenſione etiam coniũcti licet offendere,ut per glo.in d.l.ut uim,& ibi Bar.Bal.& alii in præallega.l.1.arg. in l. lex cornelia ff.de iniur. Et ſocii,ſeu comitis in itinere l.itẽ apud labeonem § tenetur ff.eo.Bar. in d. l. ut uim. & plus quod licet defendere etiam amicum, & pro tuitione rerũ ſuarum alium (ut diximus) offendere,not.in d.locis,præcipue in d.l. ut uim, & in d.l. 1.Corn.conſi.107.nu.12.uol. 1. & conſi.204.nu.8. eo.lib.quodq́ue paria ſunt occidere innocentem, uel eum qui iuſtam habet defenſionem l.lex iulia §.fi.ff.ad legem iu.rep.Bal.in Marga.ſua in §.iudex
nu.

nu.26. inque uia defensionis porrò, nihil est illaudabile, usque adeo ut in flumine etiam nauigabili, fortilitium fieri possit causa hostilitatis uitande, & multo magis si bella sint permissa & sanguinis effusio, ut tradit Boer.consi.24. nu. 19. post Bal. in locis de quibus ibi per eum. Et Christianus ẽt uti auxilio infidelium, pro sui defensione, ut hic per Albe.nu.4.& pulchre ac latius in l.1.ad fi. C. unde ui. Sed nunquid tolli possit uel tolli dicatur si iudex nolit audire aduocatos eorumque allegationes, & si statutum prohibeat bannito defensionem, an ualeat.

Resp. Regulariter tolli non potest, quia (ut dictum fuit) est de iure naturali, ut in iuribus prçalleg. ex cã autem sic, quæ in quacunque dispositione semper excepta uidetur, l.si hominẽ ff.man. & ratione con tumacie, quandoquidem audientia possit hoc prætextu denegari l.sed & si per prætorem §. sed si ff. ex quib.cau.ma.l.si seruus C.de his qui ad ec. con fu.l.1.& 2.C.quando li.unicuique si. iud. se uindi. Quoad secundum dicendum est quod non, quia præsumitur iudex sapiens in iure, ita ut nec ob hoc partem grauare uideatur arg.in l.omnium C. de testa.& in c.1.de consti. in 6.tradit Inno. in c. pastoralis de cau.po.& prop.Bal.in Marga.sua, in §. Iudex.nu.101. est uerum (quoad tertium) quod Bar. in d.l.ut uim, tenuit quod sic, sed cõtrarium in l.cũ mulier ff.sol.mat.& istud uerius uideẽ, ex s̃. dictis, & dixi in materia late, ac multa etiã alias, quæ hic pro scriptis habeantur.

87 Int. Iurisdictionis tres sunt gradus de quibus in l.imperium ff.de iu.o.iud. Merum imperium scilicet, mixtum, & simplex iurisdictio, ut ibi.primus

præ

præcipuus est & antesignanus, secundus medius, tertius uero minor.

In primo gradu rursum, sunt tria gña causarum magne, medie & minime, magna est mors, media relegatio, minima cohercio modica.

In secundo, duo, magne, & leuis, illa causæ cognitionem requirit, ista non.

In tertio denique, species tres, magne (iterato dixerim) medie & minime. In magna agitur de quæstione status, in media de causa excedente summã trecentorum aureorũ, in minima de ea quę d. summam non excedit, de quibus in l. 2. ff. de pub. iud. & in l. 2. ff. de pen. & in l. vltimũ supplicium ff. eo. & in l. fi. ff. de offi. eius, & in l. magistratibus, ff. de iu. o. iud. pulchre Bal. in l. placet col. 3. & 4. C. de peda. iudi. Hinc dicit etiam quod iurisdictio iuris est, quodque consistit in apicibus iuris, ut merum imperium, mixtum, & simplex iurisdictio, in c. cum causam nu. 18. de testi. et ad propositũ mirum videtur, quod omnia tribus, siue ternario numero sunt definita, principio, medio, et fine, inque Deo (vt omnia complectamur) principium deitas, medium anima, finis caro: et idem in homine, principium rursus, terra, de qua factus est, medium variatio, et finis terra, in quam reuertetur, sed ad propositum, quid sibi vult verbum gladij, positum in d. l. imperium.

Resp. Figura est, quam gręci μετονυμίαν vocant, pro potestate pœne capitalis, positũ in lege, deque gladio materiali proprie non intellectuali (quicquid aliqui ibi garriant et loquantur) intelligendũ est, potestatis (ut dixi) et executionis, illud meri imperij, istud autem facti, vt inquit Bal. in c. de cætero

ro nu.4.de re iudi. & facit tex.in c.afferte mihi gladium de præsump.dixitque Dauid, ad Philisteum, non in gladio saluat dominus, quem funda postea occidit gladioque sibi caput (historia nota est) amputauit. Et alibi interfecisti eum gladio hostium, non recedet gladius de domo tua, & simile quiddam. Solebatque Robertus, Sicilie rex, de quo in Cle.pastoralis, de re iud.sic in mandatis exordiri, AD CVSTODIAM BONORVM MALORVMQVE VINDICTAM, PORTAT PRINCEPS GLADIVM ET IMPERII POTESTATEM EXERCET, Quod etiam testatur Luc.de penna in l.omnes col.1.C.de anno. lib. 10. est quoque gladius spiritualis, de quo in passione domini, ibi gladio peribunt. Et gladius doloris in Beata virgine, inque morte filij Domini nostri Iesu Christi. Et gladius (rursum) in sacris literis, pro vindicta ponitur quandoque. vel pro sermone domini iuxta illud, de quo in apocalip.viuus est enim sermo dei, & efficax & penetrabilior omni gladio. Et ad propositum de quo supra duo notanda sunt, meo quidem iudicio singularia, quod interdum priuatus, hanc gladij potestatem habet. Si statutum dicat quod homicidia possit occidi, ab hæredibus interfecti, quæ tamen delegari non poterit, nec ipse dicetur occidere, sed lex secundum Bal.in c.ad nostram nu.3.de proba. Secundũ est, quod lege Draconis etiam statua de cede postulabatur. Theagenes enim Thasius statuam meruit, quam quidã ex eius obtrectatoribus noctu flagris cedebat, statua casu hominẽ oppressit de cede postulata in mare sñia Thasiorum (Pausanias auctor) abiecta est.

88 Int. Iuramentum facit valere actum omni meliori modo quo valere potest, vulga.glo.in l. cum pater in §.filius matrem ff.de lega.2. Et ideo licet alias confessio facta parte absente non valeat l. certum §.si quis absente ff.de confe. ualet tamen iurata, ista ratione l.cum quis decedens § codicillis & ibi Bar.ff.de lega.3.Feli.in c.olim col.5.de rescrip. & idem in stipulatione facti alieni inualida, dicit Ro.in l.stipulatio ista ff de uer.ob.quod iuramento sustinetur, de quo dicto tamen dubitat. Corne. consi.192.col.3.vol.1. Dicit nihilominus, ex hoc idem Feli. quãdo dubitatur, ne actus valeat, quod consilium est, in eo semper apponere iuramentum habens uim clausulæ, si non ualet quod agitur vt valet, valeat vt ualere potest, in c. cum super columna quarta de offi. de. & in c. 1. colum.8. de iureiu. quod multum operatur, quodq́ue accumulat forum foro. Et alibi quod seruandum est in forma specifica, quodq́ue ista est opi.communis, in c. ad nostrã 1.col.fi.eo. ti. Imò quod nec ualet renunciatio iuri de futuro l.1.C. de pac. & tñ si fuerit iurata (ut ibi ꝑ Ias.) valebit & omnino (agẽtes breuibus) potentius operatur actus iuratus, quã non iuratus, vt inquit Alex.con 125.col.pe.vol.1.Bertran. consi.174.nu.7.vol.2.& consi.227.nu.4. & consi. 234. nu.5.eo.lib.& consi 161.nu.2. vol. 3. & consi. 265. nu.8.eo.lib.sed nũquid tex.prædictus in d.§. filius matrem locum, habeat tam in iuramẽto defuncti, quam hæredis.

Resp. Bar. in d.loco, tenuit quod sic, in l. 2. autem C.communia de lega. contrarium, quamquam pedem non firmet, sed se remittat ad dicta in l. quæ sub conditione ff.de cõdi.insti.tamen opi.hec nega-

gatiua est uerior, legatumque efficacius si iuret testator, quam si iuret hæres grauatus, & ibi etiā not. Pau. Cast. & bene. et notandum est insuper, quod non extenditur iuramentum ultra intentionem iurātis, nec ad ea de quibus verisimiliter non cogitauit. l. fi. C. de non nume. pe. c. veniens c. quintauallis de iureiu. imò quod loquitur tex. ibi, quando testator omnium habebat notitiam, pēdebantque ex suo facto, & non ex alieno, & tradit Calca. consi. 17. col. fi. & consi. 19. col. 12. & (vt dicebam alias in d. §. filius matrem in collectane. nec vim clausule codicillaris haberet d. iurm̄, q̄ndeficerent substātialia actus, post Seysel. in l. 1. col. pe. C. de pac.

89 Int. Indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus ff. de lega. 2. l. 3. ff. de offi. præsi. l. si seruitus ff. de serui. urba. prædio. collectiuo non distributiuo c. ut circa & ibi Io. And. col. 3. de elec. in 6. Old. consi. 100. nu. 3. Abb. in c. 2 in fi. de coniu. lep. vel Canonis vel legis, & negatiue, maxime, non tamē communis locutionis l. hæres meus §. 1. ff. de lega. 3. l. 1. ff. de au. & ar. le. l. si is qui ducenta §. utrum ff. de reb. dub. ad fi. nec generaliter secundum dialecticos, sed in materia necessaria tantum, quia si dicatur, homo est animal, uerum erit quoque dicere, quod animal sit omnis homo. Et ad propositum regule, inquit Soci. in l. ciuitas nu. 8. ff. si cer. peta. quod legatum ciuibus factum, intelligetur factum uniuersitati, ex quo in materia lata indefinita relata ad personas æquipollet vniuersali, & maxime si uniformis sit ratio inclusorum et contentorum omnium sub ea, sique dictet æquitas, ut declarat Alex. consi. 14. col. 1. uol. 4. et consi. 25. col. 1. eo. lib. et cō si. 201. col. 3. uol. 6. et ubique post Bar. pręceteris

ceteris in d.l. si pluribus, ubi est locus suus non nihil Are. in c. de testibus col. pe. et fi. de testi. Feli. in c. postulasti de rescrip. col. 7 . et Corne. consi. 264. col. pe. uol. 1. Dicit etiam Crot. in l. filiusfamilias in §. diui. nu. 61 . de lega. 1. quod præcipue locum habet in fauorabilibus, uel dicamus ad ipsius intellectus declarationem quod equipollet, non necessaria significatione sed ex interpretatione prudentum prolata à lege, quę fundatur in ratione vniuersali, l. 1. ff. de regu. iu. si uero ab homine, & dispositiue quidem, idem, l. quicquid astringende ff. de uer. ob. si uero enũciatiue, quia dicatur homo currit, tunc contingenter ponatur, uel omnis homo currat, uel unus tãtum, si in materia naturali, & necessaria, puta homo est animal (ut supra & secundũ dilecticos) tunc & rursum, æquipollebit, quia diffinitio à diffinito separari non potest, & fusius ut per Bal. in c. ex parte M. nu. 25. de ap. & si proferatur uerbum omnis, differentia maxima est, uel in singulari numero, uel in plurali prolatum sit, quia hoc casu stabit collectiue, illo uero distributiue secundum eundem Bal. in c. quia propter col. 1. de electio. Et in fauorabilibus (dicebat Crot. in loco de quo supra) quia in odiosis secus, ut dicit Bar. in d. l. si pluribus. & in l. 2. ff. de lib. & posthu. Deci. consi. 113. col. 3. uol. 1. Soci. in l. quidam relegatus col. 7. ff. de reb. dub. sed quid in probationibus.

Resp. Hoc casu non æquipollet & fallit regula, ita ut si testis dixerit, uel dicatur in instrumento, quod Canonici tale quid fecerint, non intelligatur, de omnibus Canonicis, estque dictum Inno. & Abb. in c. auditis de prescrip. refert Deci. consi. 146. col. 6. uol. 1. & non ab re, quia probatio debet de necessi-

cessitate concludere, ut inquit Alex. consi 110. col. 1. uol. 1. c. in presentia de proba. l. neque Natales C. eo. idem Alex. consi 198. uol. 2. Imo. & Ancha. in c. quanto, de his quæ fi. à præla. si. con. cap. & potest exemplificari, quia (quamquam dictum sit) quod homines casalis, tale quid fecerunt, (ut de Canonicis dicebam proxime) non propterea sequitur, quod cõmune idem fecerit, cum uerba in duobus possint uerificari, uel si dicatur quod Canonici Titium procuratorem suum, uel Syndicum constituerunt, quia non sequitur pariter, quod à capitulo fuerint constituti, uel à maiori parte, ex quo (ut dixi) d. uerba, in duobus poterunt uerificari l. inter illam §. fi. ff. de uer. si. idem Alex. consi. 68. col. 3. eo. lib. & in l. rescrip. in prin. ff. de pac. & notandũ est ad mãm qđ plus importat vniuersalis, quam indefinita l. iulianus ff. de lega. 3. c. solite de maio. & obedi. not. in d. c. ut circa de elec. in 6. Corne. cõsi. 260 nu. 15. uol. 1. hecque præter ea quæ dixi in d. l. si pluribus in collectane. late.

90 Int. Natura legis est dare formam futuris negotiis, non etiam præteritis l. leges C. de legi. c. fi. de cõsti. Bar. in l. solemus ff. de condi. & de. & in l. cum lex. ff. de legib. pulchre Ancha. consi. 164. col. 1. & 2. & ratio est, ne afferat præiudicium ignorantibus c. cognoscentes de consti. Et idem in statuto, ut per Bar. in l. omnes populi in 5. q. prin. ff. de iusti. & iu. & Inno. in c. statuimus de maio. & obe. not. in d. l. leges, & in d. c. fi. Alex. consi. 141. col. 4 uol. 2. & consi. 190. col 2. Fulgo. consi. 136. col. 2. & 3. Gemi. consi. 18. col. 2. & 3. Nec secus est in Bullis apostolicis, inquit idem Alex. consi. 101. col. fi. uol. 4. declarando tex. in cle. 1. de electio. Et idem dicimus

cimus

cimus in iuramento fidelitatis l. si fructus ubi glo. not.ff.de usuf. Abb.in. c.clericus de iureiu. Bal. in Marga.in § iuramentum.nu.82.& si respiciant præterita, lex, et statutum, non respicient tamen finita, sententia, transactione, uel præscriptione, ut per Abb.& Imo.in d.c.fi. Are.consi.103.col.pe.& probatur in §. illud in auten. in medio lit.non fie. sac. iussio.& ita dicit etiam Albe.in statu. q. 33 . par. 1. & ad propositum si reprobetur consuetudo præsumuntur reprobata pręterita, non futura, inquit Ancha.in c.cum ab omni de ui.& ho.cle.Bertran. consi.342.nu.3.uol.2. & regulariter ita transeunt omnes, sed quid in priuilegio, quidq́ue in rescripto, vel quia sit constitutio iuris naturalis, aut declaratoria, vel quia ratio finalis sit de præterito, uel ipsius præteriti fiat mentio, aut aliter de mente legis latoris constet.

Resp. His casibus fallit regula, & limitatur, & in priuilegio probatur in cle. cum sit, de censi.not.in l.nõ modus C.de serui.in specie.Io.fab.in §.quod cũque ad fi.insti.de iu.na.de rescripto uero in l.de his ff.de arbi. & in l.non quemadmodum ff.de iudi.perq; dicta iura (in arg.tamen) Albe.in l. 2. col. fi. C. si. con. ius uel uti. pub. de constitutione iuris naturalis glo.in d.c.fi.& Bal. in Marga. in §. statutum nu.2.& quando declarat idem Bal.in d.l.leges,& cano.in d.c.fi.& Ferrarien.in l.fi.in prin. C. de transac.post Bar. etiam in l. omnes populi in 5. q.prin.ff.de iusti.& iu.& non ab re, quia declaratio nihil noui inducit l.hæredes palam §.sed si notam ff.de testa.Bal.in l.pactum C.de pact.Goza.bononien.consi.51.nu.14.& si ratio finalis sit de præterito, vel quia ipsius fiat mentio, elicitur ex decisio-

ne

ne c. ad audientiam, & ibi idem Bal. not. adhuc nu.14.de rescrip. Ancha. in rep. c. canonum statuta, col.200. Et ibi quoque quando aliter de mente legislatoris constat, puta quod statutum disponat de cancellationibus bãnitorum, quia cancellatio est quædam abolitio, quæ non potest congrue adaptari nisi ad præterita l. cum lex.ff. de legi. & ut per eum fusius. Bononien. de ista theorica non recordati in c. uenerabilis nu. 18. de iudi. & præter hec, limitatur etiam alio notabili casu, ut futura non concernat quando futura habent omnimodã dependentiam à præteritis, vt per Abb. in c. pastoralis in §.1. per illum tex. de ap.

91 Int. Si sententia cum maxima maturitate fieri debet c. iudicantem 30. q. 5. c. cum Io. iuncta glo. de fi. inst. l. iudices C. de iudi. bonus tex. etiam in c. tum ex literis, ad fi. de resti. in int. l. 2 & 3. C. de sen. vsque adeo ut lata per uerba dubia, vel si ex tẽporis breuitate appareat, iudicem minus plene instructum fuisse, non ualeat, ut in d. c. tum ex literis, Feli. in c. accedens 1. col. fi. ut lite non cont. hoc idemque Dei Optimi Maximi, exemplo ostẽdi potest, qui celeriter omnia facere potuisset, et momento quidem, quæ tamen septem perfecit diebus, nec statim Christus adulteram condemnauit, sed inclinans se digito scribebat in terra, nec Samaritane prima uice, aquæ spiritualis sensum aperuit, sed postea, et secunda uice Moses iussu Domini, Virga Silicem percutiens, aquam pariter de petra eduxit, ut iudicibus exemplaria forent, et sic etiam ipsi in sententijs promulgandis obseruarent ac imitarentur ad unguem c. significasti de elec. quanto magis (ad propositum redeuntes) fieri de-

bet lex sanctio sancta iubens honesta et prohibens contraria, inuentio quædam, et donum Dei, tribuens vnicuique quod suum est, quæque docet honeste viuere, et alterum non ledere, humanam cohercens audaciam, insudando hinc, ut tuta quoque inter improbos sit innocentia l. 1. et 2. ff. de legi. §. iuris præcepta insti. de iusti. et iu. c. facte sunt leges 4. d. l. cõgruit, ff. de offi. præsi. et probatur in l. humanum. C. de legi. est verum, quod in executione celeritas desideratur, et laudabilis est, l. 1. ff. de dam. inf. l. de pupillo §. si quis riuos ff. de no. o. nun. l. si quis filio §. hi qui ff. de inius. testa. et ideo bene dicebat Cy. in l. fi. col. 2. C. de tempo. in int. resti. pe. quod Pet. sacrilegus est non modo arrogans et impudens, qui dicebat illam legem, factam ab Imp. ebrio. Sed quæro, si forma de qua in d l. humanum, in lege condenda, seruata non sit, valebit ne?

Resp. Vtique valebit, quia sufficit quod legislatori ita placuerit, & firmat Pau. Cast. in l. 1. in prin. ff. de consti. prin. & in l. vniuersis ad fi. C. de præcib. imp. offe Feli. in c. cum certum col. 2. de maio. & obe. & in c. quoniam frequenter in §. 1. col. 2. vt lit. non cont. & probatur ex verbo humanũ quo necessariam non esse, planè ostendi videtur, & tradit Bal in statut. in § reformare nu. 1. plene Barba in tracta. de præstan. cardi. in 2. q. 1. par. col. 2. est uerum, notandumque iusuper quod scriptura, & publicatio, requirũtur, quodque sunt omnino substantialia & de natura legis, ut per Bal. in statut. in §. scriptura, nu. 1. & 5. & est tex. in d. l. humanum per quem dicebat. Pet. de bella per. non esse peccatum sic dicere, quod scriptura scilicet sit de esse legis

gis,refert & ita tenet Rota decisio.1. sub ti. de con sti. impressio. noua. de publicatione autem idem, Bal in loco præallega. in §.publicare nu.4.& in d. l.humanum adhuc probatur optime.

92 Int. Interesse affectionis quandoque habenda est ratio,quia videmus hinc, quod ipsius prætextu minor leditur, puta quia vendita sit res, quæ fuit maiorum suorum vsque adeo ut etiam restituatur in integrum l.si in emptionē ff.de mino.l.si cui fun dus ff. de lega.2. l.lex quæ tutores §.nec uero. C. de admi.tu.Bal.in l.2.col.1. C. quod cum eo. & in l.si ita legatum in §.fi.in fi. ff. de lega. 1. & quod sit interesse affectionis declarat Bar.in l.vnica nu.10. C.de sen.quæ pro eo.& est affectio ratione rei,alibi ratione persone,in l.cum seruus ff. manda.alibi rei, & persone simul cum iuratur in litem, vt dixi in l. in actionibus ff. de in litem iu. & per tex. qui præcipuus est in d.l.si in emptionē, ponitur exemplū in l. filiusfamilias in §.diui.ff.de lega.1. quod præceptum testatoris non est nudum à causa, si dixerit nolo domum alienari,quia fuit meorum maiorum,& ibi Ias.declarat col. 2. Et si pater pro legitima filio reliquerit pecuniam, potest dicere, se velle eam detrahere in bonis hæreditarijs & maiorum suorum secundum Bar.in l.marcellus in §.res quæ ff.ad treb.& in l.suus quoque in fi. prin. ff. de he.insti.& in l. scimus in §.repletionem,vbi etiam Pau. Cast. Saly. & alij C. de inoffi. testa.Bertran. consi.309.nu.2.vol.3.Nabot quoque Israelita habebat vineam iuxta palatium regis Achab. dixit rex,da mihi uineam tuam dabo tibi meliorem vel precium, qui respondit,ò rex non possum,est enim mihi relicta à patre meo.Multa Alex.consi.67.col.

3.vol.5.Soci.in rub.de rebus dub.col.4.Deci.con si.222.col.pe.& consi.275.ad fi.vol. 2.glo.& Ias. in l.Et si æquo nu.2.ff.de lega.1. Sed quid si legaretur domus, quæ fuisset maiorum suorum, vel libri, in quibus maxima cadit affectio.

Resp. Isto in casu, non excusaretur hæres, a cuius manu legata capiunt l 1. quo.lega. nec posset soluere estimationem loco rei legate, vsque adeo, ut limitari debeat quod dicitur in d.l. si in emptionē cum similibus id uerum fore, nisi veniat hæres contra testatoris dispositionem l. si domus §. in pecunia & ibi Ias.nu.13.ff.de leg.1.imo plus quod decisioni d.l.si in emptionem obstare videbatur tex.in l.1. in §. Et alias ff.si quid in frau. pat.quod patronus aduersus venditionem factam prætextu affectionis ut supra restitui non possit, & sic pugnent directo. Nisi respondeamus & verissimum est, in d.l.si in emptionē, succurri minori, quia verba edicti prætorij sunt latissima, ita ut restituatur quomodocunque læsus fuerit, ea uero si quid in fraudem patroni, non, ut in l.1.ff.eo.igitur nec mirum, si nō restituitur, similitudine minoris, & not. in l. nam quod, in §.1.in glo.pupillum ad fi.ff.ad treb.

93 Int. Verba deseruiunt intentioni, non è contra intentio verbis l.scire leges ff. de legib. c. intelligentia, de uer.si. Alibi ad idem dicitur, quod non in foliis, sed in radicibus consistit virtus implicite & uirtualiter, in c.marchiō.1.q. 1. Et alibi quod verborum cacumina pertinacibus relinquuntur, spiritus vero sapientibus l.2.C.de cōsti.pecu. Bal. in c.ex parte nu.25.de ap.& alibi, quod non figura verborum, sed oratione quam exprimunt verba, obligamur l. non figura verborum ff. de ac. & ob.

Et

Et alibi quod nihil eſt in uerbis, quod non prius fuerit in ſenſu, quodque non præſumitur quis dixiſſe, quod prius mente non agitauit l. labeo §. idē tubero ff. de ſup. lega. Et alibi quod litera occidit, ſpiritus autem, ideſt intellectus, viuificat, Pau. 2. ad Corinth. c. 3. Et alibi quod vnius diſpoſitionis vnus eſt intellectus, & non plures quodque intellectus ſumitur à ratione & mente nō à cortice uerborum. Soci. in l. in ambiguo col. 2. ff. de reb. dub. Tamen ſcire proprie quantum ad prædicta, eſt rem per cauſam cognoſcere & ſcientia verborum, et qui neſcit rationem reddere non dicitur ſcire, verbumque ſcio, virtutem habet, neſcio, reprehenſionem, eſt etiam ſcire rem probabiliter cognoſcere, per argumenta, ut inquit Bal. in c. cum cauſam 2. nu. 3. de teſti. et nu. 42. et nu. 58. et in c. cum contingat, nu. 12. de reſcrip. et in c. ex literis col. 1. de iureiu. Corne. cōſi. 273. nu. 30. vol. 1. Sed his ſtantibus, quomodo reſoluemus, quod dicitur, in l. 1. in §. ſi is qui nauem ff. de exercito. quod uerba ſtatuti ſeruanda ſunt, ut iacēt, & ad literam, nec ſecus in l. non aliter ff. de lega. 3.?

Reſp. Seruanda ſunt ad literam et prout iacent, ſaluo ſemper intellectu, quia litera (ut dicebatur) occidit, ſpiritus autem, ideſt intellectus viuificat, et ideo dicebat Bal. in ſtatu. in §. condemnatio nu. 3. ſi ſtatutum dicat, non ſoluenti pecuniariam condēnationem, intra menſem caput amputari debere, quod tamen liberabitur, ſi ſoluerit poſt menſem. Verisſimumque eſt quod dicitur in d. l. nō aliter, quando uerba rurſum, ſunt dubia, quia ſi clara, ſenſum mentem et uoluntatem teſtantis ſequimur l. in conditionibus primum locum ff. de condi. et

de.Cy.in l.cũ virũ ad fi.C.de fideicõ. A verbis quoque non recedimus, quando alias erronea redderetur dispositio, Corn.consi.5.nu.2.uol.1.& quia dixi in collectane. ibi, idest in d. l. non aliter satis, transeo.

94 Int. Potest quis in genere cogitare id quod in specie ignorat l.qui iure militari ff.de mili.testa.& ideo, pactum in qualibet conuentione, potest extendi ad ea, quæ quis in specie ignorauit, dummodo de eis in genere cogitauerit, & idem in renunciatione dicit Alex. in l. in repudianda col. 1. ff.de acquiren.hære.qui dicit etiam in simili in l. 1.in prin.col.6.ff.ad legem fal.satis esse quod princeps sciat effectum statuti licet in specie non sciat modum, quoniam de eo non est curandum, hoc est de modo sciendi. Et alibi Bar.quod iurecon.non cogitarunt in specie seu specialiter de legibus, sed in genere & vniuersaliter, de omni lege quæ fieri potuisset l.regula in prin.ff.de regu.cato. Bar. in l. 1.in prin. ff.de condic.ex lege. Et alibi, quod sic sufficit, quod lex ipsa cogitet in genere, de statuto postea condito, in l.etiam col.fi.ff.de mino. Et ad propositum facit, quia sic etiam æquitas, considerata in genere sufficit, usque adeo, si dicat statutum quod filij nobilium delinquentes, pro eorum maleficijs condemnẽtur in quadruplum, ut naturalis quoque contineatur, quia pœna habet naturalem æquitatem in se saltem in genere, ita Bal. in statu. in §.filius nu.9.sufficit rursum, quod lex sit rationabilis in sui generalitate l.prospexit ff. qui & à qb. quam sic declarat idem Bal.in loco præallega.in §. interpretatio nu.5. Et ad regu. in refutatione generali, inque pulchro casu faciunt dicta per Corne.

ne.consi.6.nu.6.uol.1. Et in generali conuentione (ut supra) quod etiam ignorata ueniant probatur in l. sub prætextu. C. de transac. idem Corne. consi.116.col.1.eo.lib. Et alibi quod si testator cogitat in genere de filio pręterito, legata conseruantur, per auten. ex causa C. de lib. præte. consi. 195. col.6.eo.lib.& consi.118 in fi.uol.2. Dicens quoque consi.23.ad fi.eo.lib.quod multi sunt casus insoliti, qui quãquã forte non præuideantur in specie, scire tamen potest quis eos, & præuidere in genere, quodque de ista scientia & præuidentia est bonus tex.in l.tres fratres ff.de pac.& signanter in d.l.qui iure militari. Et consi.48.nu.15.eo.lib. quod licet Iustinianus in materia præscriptionis, inque easu, l.fi.C.in quibus cau.in int.resti.non este. non cogitauerit in specie de statuto quod non dum erat editum (ut etiam supra) potuit tamen cogitare in genere. Et Pau.Cast.consi.15.nu.6.uol. 2.quod paria sunt cogitare de posthumis nasciturris in genere uel in specie, ideque Alex.consi. 102. col.4.uol.3.& consi.142.col.5. uol. 2. Et subijcit quod in genere cogitasse uidetur apponendo c lausulam codicillarem in testamento. Et Soci.in l.si cognatis nu.27.ff.de reb.dub.& in l.cum auus col. 43.ff. eo. quod sola cogitatio in genere arguit exclusionem filiorum nasciturorum, quod idem est. Et Bar.in l.titia in §.Imperator ff.de lega. 2. quod l.si unquã C.de reuo.do.locum non habet, si pater de liberis cogitasset in genere, ibique etiam diximus, & cæteri not.in specie. & Bertran. consi. 32. nu.6.uol.3. Et ad idem dicit etiam Feli. quod in legitimatione sufficit quod princeps in genere uelit tollere omnes defectus, ita ut aliquo prætextu an-

annullari nõ poſſit in c.poſtulaſti col.5.de reſcrip. & in c.nonnulli in prin.col.27.eo.ti.ſufficere principem adhuc in reſcribendo, cogitaſſe de omni iure contrario, contra quod intendat diſponere quã quã illud ignoret, ſed quid in muliere, Velleiano renunciante, erit ne ſatis in genere hoc idem facere, deq́ue eo cogitare?

Reſp. Non ſufficit hoc caſu, ſed certioratio requiritur l.fi.§.fi.ff.ad uelleia. not.in autẽ.matri & auię C.quando mu.tu.offi.fun. & idem in minore, qui leſus in integũ reſtitui poteſt quiq; ſemper eſt certiorandus pariter, de beneficio ſibi competente, uſque adeo ut renunciatio in ſpecie fieri debeat, nec generalis ſufficiat,ut per Alex.in d.l.in repudianda ff.de acq.he. But.utrunque dictum fuſius ponit in c.cum cauſa,col.pe de emp.& uen.& hoc ipsũ ſpãli fauore cũ minoris, tũ mulieris,illius ratione ætatis,iſtius uero ſexus fragilitate,l. 1.ff.de mino.l.1.in fi.prin.ff.ad uelleia.& quia lex ita fieri iubet,& uult,arg.in l.proſpexit ff. qui & a quib. c. in iſtis 4.d. Et ad propoſitum regu.dicimus,rurſum, quod licet triſtis euentus ſpectandus non ſit, l. inter ſtipulantem §.ſacram ff.de uer.ob.in ſpecie,ſecus tamen eſt in genere l.3.§.de illo,ff.pro ſo. iuncta l.fi.C.de pac.not. Seyſel.in l. ſi ex legati cauſa, col.2.ff. de verbo. obli. Et in renunciante beneficio l.2.C.de reſcin.uen. uel ſi renunciet condictioni indebiti, quod ſibi præiudicat, quia in genere de leſione, deq́ue indebito ſaltem cogitaſſe uidetur, ut idem Seyſel.ait poſt alios in l. ſi quis ff. de uer.ob.Poteſt etiã pro declaratione dici quod procedat,& loquatur in caſu, in quo ius ſpecifice non requirit ſcientiam. Vel quod procedat fauore te

ſtament

ſtamenti conſeruandi l. uel negare ff. quēadmodū teſta.ape.Crot.in l.qui Romæ in §. duo fratres nu. 59. ff. eo.

95 Int. Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus, ſed fit ad effectum probationis tantum, vulga. l.cō trahitur ff. de pigno. l.conſenſu ff. de ac. & ob. imò quod credere quod in eo requiratur, eſt proprie ius ignorare, & lata culpa, ut not. in l. quod te ubi Ias. col.pe. ff. ſi cer.pe. non etiam requiritur in gratia principis l. non ſolum §. fi. & ibi Bal. ff. de excu. tuto. Niſi annexam habeat iuriſdictionem, ut diſtinguit Alex. cōſi. 107. nu. 4. uol. 7. eſt uerum quod probatio quæ fit per teſtes eſt facilior quam ea quæ fit per inſtrumentum, quamquā parem uim habeant alias in exercendis litibus l. in exercendis C. de fi inſtru. ſed quod facilior teſtium ſit, tradit idem Alex. in l. ſeruum filij in §. eum qui Chyrographum ff. de lega. 1. Et ad propoſitum regu. dicebat alibi idem Bal. de quibus rebus cōtrahimus, quod de his ſcripturā facimus ne probatio pereat caſu fortuito cōſi. 458. ad fi. uol. 1. l. ſicut C. de lib. cau. Litere beneficiales quoque requiruntur, non quod acquiratur ius in beneficio, ſed ut cōferatur & imploretur officium executoris, & ex ipſis probatio collationis fiat, ita Feli. in c. in noſtra col. 6. de reſcrip. & probatur etiam ex not. in c. ſicut de re iud. & ut ibi per eū fuſius. Et ad idem dicit etiā Bal. in c. in præſentia col. 2. de renun. quod debiti ſubſtantia continetur in inſtrumento demonſtratiue, non quod inſtrumentum ſit de ſubſtantia obligationis. Et idem in Bullis quod eiſdem ſcilicet commiſſio probatur, inquit idem Bal. in c. cū in iure peritus nu. 1. de offi. de. Et in lege probat

Areti.

Areti.in rub.de conſti.col.2. Et hac de re(propter ſcripturam ſcilicet) ius ſcriptum dicitur firmius, iure non ſcripto,ut dixi poſt alios in rub.de conſti. extra,præallega.& ibi etiam,an ſit non modo inuẽ ta ut probaretur lex (quod ibi ſentit Aret. vt ſupra) verum etiam, de ipſius legis eſſentia. voces inſtrumentales rurſum teſtimonium perhibent veritati,inquit adhuc Bal.conſi.400.col.3.vol.5. Et quod inſtr̄a fiant rõne probationis facilioris, tradit Alex.cõſi.162.in fi.vol.5.& cõſi.110.col.1.vol. 1.& conſi.122.col.2.eo. lib. Et hoc caſu ſi in ſcriptura dies non eſſet, valeret tamen, ut concludit Gui.Papa deciſio.582.col.2.idem Alex. ante eum conſi.66.ad fi.uol.1. Et quod inuenta eſt ad perpetuam rei memoriam,ait Calca.conſi.89.col.1.poſt Bal.in l.1.C.de edic.di.ad.tol. qui tamen hoc non dicit,ſed uerum eſt,ex quo inuenta,excogitata, & geſta,niſi ſcripture,tanquam cuſtodi committantur facile dilabuntur & diffluunt. Sed quid ſi contrahatur in ſcriptis. Vel priuilegium alicui concedatur. Vel agatur de penſione annua.

Reſp. Multi enim ſunt contractus ſcripturam requirentes de quibus in c. 1. vbi glo. magiſtra de cenſib. lib. 6. vſque adeo ut nec præſumatur niſi appareat, ſi non ſit tamen in conſideratione temporis diuturnitas,vel quia ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam,quia tunc ſecus,& ut per Feli.alias in c. 1.col.1.de lit.cont. ad propoſitum igitur, requireretur,quia ita actum eſt,& contractus ex conuentione partium legem accipiunt l.contractus ff. de regu.iu.l.1. §. ſi conueniat ff. depo. & probatur in l.contractus C. de fi. inſt. & ita dicit Bal. in d. c. in pra ſ.ntia de ienun. Et idem(quoad ſecundum)

in

dicendum est, quia est lex priuata, exorbitans à iure communi, ita ut de voluntate precisa debeat apparere, tradit Bal. consi. 411. in fi. vol. 1. Nec secus in annua præstatione, propter temporis diuturnitatem, & idem hac ratione in emphiteosi l. 1. C. de iu emphi. Alex. consi. 38. col. 2. vol. 7.

96 Int. Pœna quam consuetudo hodie fecit arbitrariam, pro ordinaria habetur l. hodie ff. de pen. l. quid ergo §. pœna grauior & ibi not. ff. de his qui not. infa. Feli. in c. cum dilectus col. 8. de accusa. & si Iudex ex causa augeat vel minuat pœnam arbitrariam appellari non poterit, ex quo id facit legis auctoritate inquit Bal. in Margari sua in §. appellatio nu. 39. signanter per tex. in d. l. hodie. Et alibi in statut. in uer. statuere nu. 31. post Inno. in c. 1. de consti. quod maiores magistratus possunt, leges transgredi ratione casuum emergentium, eisque licet, non minoribus, qui iurant præcise seruare leges. Et in §. transgressor eo. lib. vbi non reperitur certa pœna determinata, quod erit arbitraria d. l. hodie l. 1. §. expilatores ff. de effracto. Et Cy. in l. & si seuerior, col. 3. C. ex quib. cau. infa. irro. quod iurecon. omnes pœnas considerauit, & causas imponendi, quodque sancitum est, eas fore arbitrarias d. l. hodie. Vbi etiam Bal. late, qui ad propositum quoque dixit not. verbum in c. 1. in prin. in quib. cau. feu. amit. in vsib. quod quandoque datur arbitrium iudici ad exaggerationem pœne, quandoque ad mitigationem, quandoque propter hominum voluntatem incognitam. Et Areti. in l. 1. C. qui admi. quod in arbitrarijs, potest iudicare etiam secundum conscientiam. Et Feli. quod lex exuberauit, vt debitis circunstantijs consideratis,

grauius & leuius delicta vlciscatur, in c. inter cæte ras col. 2. de rescrip. causæ autem enumerantur in l. aut facta ff. de pen. plene Gui. Papa decisio. 206. col. 2. & 3. Et prædicta omnia etiam iuramento nõ obstante, quod tamen verum est, in foro temporali non in spirituali, quia potest seruari sine interitu salutis eternę. c. cum contingat, de iureiu. c. quanuis de pac. in 6. Gui. Papa in loco præallega ad fi. Et regulam ac decisio. d. l. hodie, & similium limitat in sex casibus Feli. in c. qualiter & quando 2. col. 16. de accu. vt per eum. sed quid si pœna sit statutaria, poterit ne aliquid arbitrium iudicis in pœna imponenda auctoritate d. l. hodie?

Resp. Pau. Cast. consi. 277. col. 3. vol. 2. sensisse videtur quod sic, d. l. ampliando. Bal. vero contrarium in l. si seruum lectu. 2. ff. si ex noxa. causa aga. motus, quia d. l. hodie tanq̃ generalis speciali nõ derogat, sed è cõtra potius l. sanctio legum ff. eo. c. generi per speciem de regu. iu. in 6. & quia in nouis legibus d. regu. locum non habet, Et idem tenuit in statu. in §. arbitrium nu. 20. & in §. dispensare, eadem ratione, eodemque libro, nu. 1. & in §. limitare nu. 3. & ita tenendum est, istudque est uerius.

97 Int. Quęlibet pœna corporalis etiam minima est maior quacunque pecuniaria l. in seruorum ff. de pen. maxime in diuite, ut declarat Bar. in l. 1. in fi. ff. eo. Ideo modica febre iacet & decumbit, pauper vero etiam si sit in nemore laborat & operatur, inquit Pet. de bella per. q. 276. col. 2. non nihil Boer. decisio. 249. col. 8. par. 2. & Feli. in c. ad liberandam col. 2. de iude. & ideo hac ratione, dicunt scriben. si in mutilatione mẽbri transigere nõ

licet,

licet,quod multominus licebit in pœna omniũ bonorum,in l.transigere & ibi Deci.Seni.col.4.C.de transac. Et alibi Alex.quod si prætextu rerum licet hominem occidere, multo magis licebit propter personam & corpus nostrũ quod est dignius consi.119.col.2.vol.7.& Bar.ante eũ in l.1.nu.9.C. vnde vi. Et in simili dicimus quoque,quod quelibet pœna purgatorij,quamquam minima, est maior quacunque huius seculi, ita Feli. in sermo. de indulgẽ.incip. hodie mecum eris in Paradiso col. 2. sed quid si de pœna pecuniaria imponenda agatur,vel criminali, quis magis punietur diues, vel pauper. ?

Resp. Quoad pecuniariam,acrius diues,quam pauper,quoniam innanis est actio,quam inopia debitoris excludit l.nam is ff.de dolo.&(vt vulgo dicitur) cantabit vacuus coram Latrone viator. quoad criminalem vero pauper, ex supra dictis & probatur etiam in l.si quis aliquid in §.qui abortionis poculum ff. de pen. tradit Cy. in l. nemo clericus col. 1.C.de suma tri.& hac de re etiam ac ad materiã,dicebat Abb.in c.2.in prin. de delic.pue. quod statuta imponentia pœnam pecuniariam pro homicidio nõ valebunt,nec valent, & quia preberẽt quoque delinquendi occassionem, & male l. conuenire ff.de pac. dota. l. ne ex dolo ff. de dolo. c. sedes apostolica de rescrip.

98 Int. Pęne sunt potius molliẽde,q̃ exasperande l. interpretatiõe l.si pręses ff.de pen. Bal.in l.si ex plagis in fi. ff.ad legẽ aqui. Abb. in c. ad audientiam col.2. de homi. glo. in l. furti in §. fi. ff. de his qui not. infa. Feli. in c. ex literis col. 8. de constitu. subiiciens,cum pœna dicatur multis modis, capi-

talis scilicet quod in dubio intelligetur de mitiori quæ sit inter dictos modos, & fuit verbum Bal. in l. fi. C. quæ res uen. po. glo. not. in l. 1. C. ne Christia. man Areti. in c. qualiter & quando. 2. in §. ad corrigendos nu. 144. de accu. Et ita verba inquisitionis capi debent in mitiorem videlicet partem, inquit idem Feli. in c. cum te col. fi. de re iud. Et in c. inquisitionis col. 5. de accu post Bal. in l. quicunq; col. 6. C. de ser. fugi. quod illud quod consuetum est non dicitur arbitrarium sed necessarium, quodque in arbitrariis Iudex debet inclinare in mitiorem partem. Et Soci. in l. quidam relegatus col. 3. ff. de re. dub. quod materia pœnalis est restringibilis, ut minor pœna potius, quam maior imponatur. Et Boer. decisio. 264. nu. 13. par. 2. quod decisio autē. incestas C. de incest. nup. habet locum tantum in contrahentibus incestas nuptias ratione generis tantum, non in aliis, alio modo de iure ciuili prohibitis, quia pœne sunt restringende. Et Alex. hac ratione, quod in pœnalibus non fit extensio ex idemptitate vel maioritate rationis consi. 114. col. 2. vol. 2. Et Io. And. in c. in pœnis in prin. de regu. iu. in mercu. quod præses in dubio pręsumitur potius remotus ob culpā, quam ob dolum. multa Ias. Seysel. & alii in l. transigere C. de transac. Alex. consi. 65. in fi. uol. 3. Et Cuma. quod pluribus pœnis statutis semper statur minori, consi. 138. col. 2. Bal. in c. quisquis nu. 4. de elec. est verum quamquam in penis eligamus partem mitiorem, quod tamen in gratiis eligere debemus pleniorem, vt dicit Idem Bal. in c. cum dilecti, nu. 12. de dolo & contu. quod tamen fallit in casu l. nulli C. ne sanc. Bap. itere. vnde ad regu. propositum

situm

ſitum Prætor Caſſius cum foret inexorabilis, effecit vt eius tribunal reorum ſcopulum diceretur. Et Bal.rurſum dicit, quod ſic inter duos dolos,minor quoque eligendus eſt, in ſtatu. in §. offendo numero 1. Et Corne. conſi.92.ad fi.vol. 2. quod punitio delictorũ eſt odioſa & conſi. 100. col. 3. eo.lib.quod in dubijs benignor pars ideſt abſolutoria amplectenda eſt. Sed quid in excommunicatione?

Reſp. Eſt bene verum quod excommunicatio alia eſt maior & alia minor vt not. in c. ſi celebrat de cle.exco.mi. & in c.engeltrudã 3.q. 4. & in l.hi qui ſanctam fidem C. de apoſta. quodq́ue eſt pœna, & nulla maior in eccleſia Dei. c.corripiant 24.q.3. d. l.hi qui ſanctam fidem, ſed dico quod ipſius appellatione maior venit & non minor, & ſpeciale eſt quidem, in concernentibus animam & limitatio ad regulam, ut tradit Abb. & ibi Feli. poſt eum in c.ſi quem de ſen.exco.

99 Int. Certum eſt decẽnium longum fore tempus, quodq́ue verbum diu, in ſcriptis repertum, pro decennio capitur, hancq́ue habet expoſitionem l.ſi cum fideicommiſſaria libertas §. Ariſto. ff. qui & à quib.& dictu mirabile eſt ad iſtius decẽnij propoſitum,quod ſi reuocetur teſtamentum coram ſeptem teſtibus, vel etiam coram tribus & labatur decennium,ſuficere vt nõ amplius valeat nec poſſit exequi l.ſancimus C. de teſta. Et ſi quis probauerit decennio ſe geſſiſſe pro doctore non tenebitur aliter oſtẽdere priuilegium doctoratus, inquit Pau.Caſt.in l.ſi ſolemnibus ad fi.C. de fi. inſt. Et Abb.in c.cum ueniſſet ad fi.de reſti.ſpo. quod poſſeſſio beneficii ex negligẽtia decem annorum perditur.

ditur. Idemque Boer. in possessione simpliciter, decisio.239.nu.6.par.2. Qui post Ange.in loco de quo per eum, dicit quoque decisio. 97. nu.7 par.1. si prætextu inimicitie, compellat Iudex, aliquem cauere, cum fideiussione de nõ offendendo, quod poterit adijcere tempus longum decem annorum. Et decisio.105.nu.13.ea.par.& ante eum Bal.in l.fi. ad fi.C.si.cen.uel reliq. si ex libris censualibus appareat quid consuetum, decẽnio, quod nihil aliud quærendum est. Dicit etiam idem Boer.consi.26. nu.1.& decisio. 260.nu.9.par.2.& not.in l.2. C. de inco.lib.10.quod scholaris in studio moratus, decennio eo in loco in quo studuit domicilium contrahit. Et decisio.233.nu.3.ea.par. quod tex. in l. quæro in §. inter locatorem ff. loca. habet locum in locatore ad decennium. & decisio.246.nu.4.ea. par.quod vectigal priuati ex priuilegio decem annis præscribitur. Decennium requiritur quoque ad probandum ius emphiteoticum l.litibus C. de agrico.& cẽsi.lib.10.Bal.in l.1.C.de fideicom. Alua.in c.1.in §.si uero uasallus ad fi.quid sit inuesti. in usib. Imò si donatio sit nulla, quod post lapsum decem annorum conualidatur, ut dicit Deci. consi.232.col 3.uol.2. Et Rimi. in auten.si quis in ali quo col.2.C.de eden.quod in exemplatione instrumenti lapsu decennii pariter, omnia præsumuntur solemniter precessisse. Et si fratres bona pro diuiso possideant tanto tempore, diuisio facta præsumetur, ut per glo.in l.pe.C.cõmuni di. estque opi. communis, tradit Alex.consi.92.col.1,uol. 2. Milis in.§. præsumptio, nu. 11. Consuetudo quoque spacium annorum decem desiderat, ut per glo. in §.sed & quod principi, & ibi not.Por. col.4. insti.
de

de iu.na. Et ad idem si filius etiam seorsum habitauit à patre, præsumetur emancipatus, ut per Bal. in l. post mortem ad fi. ff. de adop. & in l. 2. C. si aduer. rem iud. Bertran. consi 195. nu. 2. uol. 1. Et quia de concilio celebrando nunc agitur, qui est annus 1561. Pont. maxi. Pio. iiii. annoque sui Pontificatus 3. sciendũm est, congregari debere de decennio in decennium, de iure, ut in pragma. de auctorita. sac. conci. c. 1. & in c. sicut in §. pro oneribus & ibi glo. concilio, de electio. Ex cursu decennii etiam præsumitur obliuio, dicit tex. in l. furtum in §. fi. ff. de usucap. & Pau. Cast. consi. 284. col. 2. uol. 1. & Are. in c. cum M. ferrarien. nu. 22. de consti. & Io. de pra. consi. 72. nu. 7. uol. 1. criminalium. Et in pulchro casu not. in l. edem. C. loca. quod locator non poterit expellere conductorem ad decẽnium ẽt pro suis necessitatibus, quod ad illius legis notãdũ est intellectũ, & limitationem. sufficiunt ẽt ad materiam l. cum de in rẽ uerso. ff. de usu. & l. si certis annis C. de pac. anni decem, ut ibi not. Capel. Tholo. decisio. 235. multa. in simili bonus tex. in l. si filius, C. de peti. he. indubitatumq; est. Sed pone quod quis taceat decem annis, poterit ne petere reductionem ad arbitrium boni uiri ?

Resp. Tot decisionibus stãtibus, & lõge pluribus, quæ addi potuissent, uideretur dicendum quod non, & nouissime propter consensum tacitum, qui lapsu tanti temporis præsumitur, ut ex multis ostẽdit Gui. Papa. consi. 131. nu. 4. nolle scilicet d. reductionem petere, & laudo potius acquieuisse, tamẽ Bal. in c. quintauallis, nu. 21. contrarium tenuisse uidetur, de iure iu. post Inno. & ita tenendum est, ut sic differat istud ab appellatione, & à compro-

missso

miſſo (in arbitratore enim dubitatio intelligi debet,) & ut ibi per eum fuſius.

100 Int. Fauore miſerabilium perſonarum conceduntur multa à lege, quæ non concederentur alias l. 1. C. quando Imp. int. pup. ex quo uidemus (ut ibi inquit Bal.) quod iſtis perſonis relictum, intelligitur relictũ ad pias cauſas, ſique ſtatutum dicat quod de relictis iſtis perſonis, non ſoluatur gabella, pupillus, uidua & infirmus (quia ex his ſunt) enumerati in d. l. 1. non tenebuntur, tradit late Alex. cõſi. 124. col. pe. uol. 4. ſi tñ fuerint pauperes, ut ibi declarat & cõſi. 121. ad fi. uol. 1. nec huic ſuo priuilegio poſſunt renunciare, & conſequenter nec iuriſdictionem hac ratione prorogare, inquit idem Bal. per not. hic in c. de cauſis nu. 33. de offi. de. & Alex. in l. pe. C. de pac. & Gozad. Bononien. conſi. 70. nu. 12. Et in iudicijs, ipſorum gratia, proceditur ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij, ut per Cy. in l. 1. C. ſi quis alte. vel ſi. & in d. l. 1. quando imp. int. pup. Bar. in tracta. de carce. col. fi. vbi etiam dicit, quod ſtatur arbitrio iudicis qui ſint ſeu dicantur miſerabiles perſone. Idemque Albe. in ſtatu. q. 3. par. 1. & q. 112. & Feli. in c. ſignificantibus col. 2. de offi. de. Subijciens tamen, quod etiam mercatores in itinere ſunt miſerabiles perſone quoniam ſuſtinent pericula & labores, quodque grauati in pedagiis poſſunt conqueri coram iudice eccleſiaſtico. Et col. fi. poſt Inno. in c. Iudei, de Iude. quod puella nouiter baptizata dicitur miſerabilis perſona. Priuilegium quoque habent miſerabiles perſone, ut fallat regula, l. fi. C. de eden. in eis, quibus reus edere teneatur, quandoquidem cauſa ſit fauorabilis & pia, & ibi

ibi in ſpecie tradit Deci.ſeni.col.fi. Et aliquo caſu neceſſarium eſt quod dicatur, qua miſeria ſit affectus quis, puta in impetratione reſcripti, alias nõ valeret vt per Inno.in d.c. ſignificantibus vbi etiã Feli. col. 2. de offi. de. vbi dicit quoque, poſt But. & Imo. in c. clerici de iudi. quod in cauſa miſerabilium perſonarum, ſi leges & canones varie variique ſunt, debent ſeruari canones, pro ipſis, etiã in foro ſeculari. Sed nunquid clauſula, non obſtan. tollat priuilegia huiuſmodi, indulta miſerabilibus perſonis, etiam quod de ipſis expreſſa mentio facta non ſit?

Reſp. Cy.in d.l.1. dicit quod non, quodq́ue omnino opus eſt de ipſis expreſſe mentionem facere, idẽq́ue Mar. laud.in tracta.de priui.in §. 39. exclamãs fore notandum, pro hoſpitalibus pauperibus, quibus immunitatum priuilegia conceduntur, Feli. latius, in c.nõnulli, in prin.col.27.de offi.de. pulchre Alex.conſi.120.col.4. vol. 4. Gui. Papa conſi. 65. col.7.Seyſel.in l.apud iulianum in §.pe.ff.ad treb. & ſi clauſula ſit hoc modo ſcripta, etiam ſi de ipſis oporteret facere ſpecificam mentionem, ſatis erit, & eſt in uſu, ut teſtatur Pau.Caſt. conſi.284. col. 4. vol.1. plenius Alex. conſi. 120. præallega. col. 4. vol.4.& dicit Albe.in d.l. 1. quod ita vidit obſeruari. & tradit etiam Io.de ana.conſi.56. Et Deci. conſi.165.col.1. vol.1. Et quamquam Papa ſolus, vtatur hac clauſula, additis quoque verbis, quorũ tenores, de verbo ad verbum haberi volumus pro expreſſis c.fi.de ſeu.exco.in 6.cle.1.de ſep. Ripa in c.1.nu.8.de reſcrip. & eſt pulchra limitatio ad regu.ad quam tanquam ad anchoram confugere debemus, vt faciunt Naute, tamen vidi quandoque


etiam Sereniss. Dominium nostrum ita scripsisse, & ita ego interrogatus respondi priuilegijs & immunitatibus, sic derogari, quamquam singularis mentio & specifica aliter nõ fiat. Laus Deo Optimo Maximo, Prosdocimo, Danieli, Antonio confessori, Iustinę, Sanctissimis Protectoribus & Intercessoribus nostris. Die 15. Aprilis 1561. Patauij.

FINIS.

SVMMARIVM L. MINIME FF. de religio.& sump. fune.

1 HAnc l.pauci interpretãtur,quę tamen pulchra est & moralis.
2 Dubitandi ratio 1.
3 Secunda.
4 Tertia.
5 Quarta.
6 Quinta & vltima.
7 Decidendi.
8 Maiorum auctoritas quanti facienda sit,multa.
9 Quod non est lugendus qui ad patriam delendam accedit.
10 Quod maiores istud ipsum quod hic dicitur putauerunt non absque ratione.
11 Patrie salus saluti parentum & quorumcunque est anteponenda.
12 Quod filius patrem & pater filium occidere potest pro salute patrie.
13 Orationes imperfecte supplende sunt.
14 Declaratio, quando pater filium, vel filius patrē occidere possit, ne teneatur lege Pompeia de parricidijs.
15 Quæ pœna olim esset parricidarum.
16 Quæ homicidij.
17 Quæ denique adulterii.

Marcellus lib. V. ff. orum.





INIME. Maiores lugendũ putauerunt eum, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos uenit. quod si filius patrẽ, aut pater filium occidisset: Sine scelere etiam præmio adficiendũ omnes constituerũt.
Hanc pulcherrimam & annotatu dignam legem, quod ego viderim, pauci interpretati sunt, quam
1 tamen præter hęc moralem † dicit Albe. & uerũ est, Summario & diuisione plana, ut in ea.

2 Dubitandi ratio tamen esse potuit † quia regulariter homicidium, quod antiquitus & ueteres, generali nomine parricidium uocabant, inque legibus Romuli extabant uerba hec, Parricidas omnes capite puniunto, omni iure prohibitum est, & nimirum quoniam grauissimum crimen existit, cõtra præcepta noui & ueteris testamenti, & contra mandata cũ iuris Põtificij, tum etiam Cęsarei, quæ utpote nota non essent alleganda, ut inquit Ange. consi. 217. col. 4. habetur tamen in titu. ff. & C. ad legem cor. de sica. & de homi. extra & in Decalogo. non occides. Et Math. 16. ibi non homicidium facies. & testatur quoque Calca. consi. 2. col. 1. & 3. & Sauilia. consi. 9. col. 1. uol. 1. Et ideo cum Noe, uir iustus impetrasset ueniam à domino post diluuium, dixit ei alia omnia omittens, abstineant se

ho-

homines ab homicidio, & mundi ſint. Iuxta illud Pilati, mundus ſum ego à ſanguine huius, & Actuum 20. mundus ſum à ſanguine omnium. Et ad propoſitum uerbi domini ſic ueniam impetranti reſpondentis, ut ſupra legitur Gene. c.8. & 9.& teſtatur etiamnum Ioſaph.de bello Iudai.par. 1. c. 7. Et tanto grauius quanto homo ipſe, factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, principium omnium indiuiduorumnaturæ humanę, ut Deus principium uniuerſi, imò & furto, ob humani corporis nobilitatem,dicit Bal. in l. 1. col. 10. C. qui ac.non po. Et periurio ſecundum glo.in c.1.13.d. & adulterio communiter,ut declarat Ro.in l.inter dum in §.1.ff.de publica.& uectiga.in prin.quo modo igitur ſi ſic eſt,permittit quod filius patrem,uel pater filium occidat lex,ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria, ſiq̃ue homicidium punit,quæ ex quatuor ipſius uirtutibus hæc præcipua eſt l. legis uirtus ff.de legi. Siq̃ue ipſum corrigit,& caſtigat,quomodo ſua ſponte ſic quodammodo ſontibus occaſionem præſtat, ex eodem o-re.n.(ut eſt in prouerbio)non efflat quis,frigidum & calidum nec poſſunt duo contraria ſimul ſtare, uulga.l. ubi repugnantia ff. de regu. Iu. unde Comic.nihilo plus agas quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias,quaſi dicat fore impoſſibile,quod eodem tempore ſit quis ſapiens & fatuus,ergo nec poterit lex identidem ſtatuere, homicidiumq́;(ut dictum eſt)& punire, & polliceri, ſeu permittere: maxime filij in patrem,& patris in filium.

3 Secundo dubitandi rationem faciebat † quo ad patrem, quia ſi filio accuſatio permiſſa non eſt, l.hi tamen §. 1. ff. de accu. imò nec actio de dolo l.

non

non debet ff. de dolo, quia debet sibi videri persona patris sancta ut inquit Cy. in l. 1. C. de obseq. pat. præstan. multo minus permitti debet, quod possit occidi.

4 Tertio dubitãdi rõnẽ faciebat † quia nec patri resisti potest, nec contra eum intentari interdictũ de ui & ui armata l. 1. §. hoc interdictum ff. eo. ti. de ui & ui ar. ergo nec (ut dicebam) occidi c. cum illorum de sen. exco: c. cum in cunctis de elec. not. in regu. cui licet de regu. iu. in 6.

5 Quarto dubitandi rationem faciebat † quia si posset, se ipsum quodammodo occideret, ob personarum idemptitatem l. fi. C. de imp. unde in Euã. dicitur ego & pater unum sumus. Et alibi, Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum, pater in me est & ego in patre, hoc autem a lege non est permissum l. 1. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consci. ergo, nec quod filius patrem occidat impune.

6 Quinto & ultimo † quia cui conueniunt uerba legis, eidem quoque conuenit lex, eiusdemq; dispositio l. 4. §. totiens ff. de dam. inf. l. ita autem in prin. ff. de admi. tu. l. si seruum §. non dixit prætor ff. de acqui. he. sed pœna legis Pompeie de parricidiis ipsiusque uerba conueniunt filio, interficienti patrẽ, ergo & lex l. 1. l. utrum ff. eo. ad legem Pompe. de par. §. alia deinde insti. de pub. iud.

Quibus omnibus potest responderi, uerissima esse, & procedere regulariter, sed non in casu huius legis, quando pater siue filius, est patrie proditor, ut uerba tex. innuunt, ibi ad patriam delendã. Et nimirum quia alio casu etiam permittit lex homicidium, quamquam omni iure (ut diximus) prohibitum sit. Ecce si quis se defenderit, l. ut uim &

ibi

ibi not.ff.de iusti.& iu.& homicidium commiserit id utique impune fecisse dicetur d. l. ut uim ibi nã quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit iure fecisse existimetur not.in l.1.C.unde ui.forte,quia defensio est de iure naturali neganda nemini l.1.§.cum arietes ff. si quad.pau.fe.di. clem pastoralis de re iud.hinc mures se se denticulis ut cũque tuentur, Apicule ęse seuiunt aculeo. Equus calcibus,Canis dente,Bos cornibus, Narce ueneno, Columbe uolatu, sepia atramento. Et polypus denique stupore. Sicque Milo Clodium interfecit,permittit rursum,ut Maritus adulterum interficiat,quia difficile est tam iustum dolorem temperare l. si adulterium cum incestu §. Imperatores ff.ad legem iu.de adult.l.gracchus C.eo. not. in c. si uero de sen. exco. unde uulgatum illud postea, elicitur quod fit permittente lege,pœnam non mereri d.l.gracchus l.in concubinatu ad fi. ff.de concubi.c.qui peccat.23.q.4.l. quod ait lex,ff. ad legẽ iu. de adult. uel qui uis alius nocturnum furem l. furem nocturnum ff.ad legem cor.de sica.Ias.insti. de ac.in prin.nu.69. not. in c. si perfodiens de homi. licebit quoque occidere Latronem, qui inferende necis gratia procedit, l. si illud C.ad legem cor.de sica. Et impune ultimo loco si quis bannitus sit,quoniam diffidatus dicitur, & hostis reip. l.amissione §. qui deficiunt ff. de cap. di. not. in c. quæ in ecclesiarum & ibi late dixi, de constitutio. Ea de re non mirum est si hoc quoque casu licebit (iterato dixerim) & multo quidem magis.

7 Quoniam (& hec erit decisionis † ratio) Chari sunt nobis parentes, Chari liberi,affines & amici. Sed vna omnes charitates (ut inquit Cice. in som-

ſomnio Scipionis) complexa eſt patria, vſq; adeo cum ei potius quam patri, quam filiis naſcamur l. 1. §. & generaliter, ibi, non tantum parenti, cuius eſſe dicitur, verum etiam reip. naſcitur ff. de uen. in po. mit. l. honor §. plebei filius ff. de mu. & ho. vt patrie ſalus potius quã patris & filii nobis quoque charior eſſe debeat, tradit Bal. in l. palam in §. quæ in adulterio col. 1. ff. de ritu nup. Alex. conſi. 134. col. 2. uol. 4. idem Bal. in c. 1. in §. ſi quis uero col. 2. de pa. iu fir. in vſib.

Et ad declarationem eorum quæ diximus in rationibus dubitandi ſcias, quod licet in patrem nõ detur actio de dolo, verbis tamen temperanda eſt, dabiturque in factum, vt in d. l. non debet, dicitur. Et identidem quo ad interdictum de ui & ui armata præallega. §. interdictum. quodque perſonarum idemptitas eſt patris & filii, fictione quadam iuris non uere, ut indicant uerba poſita in d. l. fi. penè ſcilicet, & intelliguntur l. 2. §. deinde ex his ff. de ori. iu. l. ſi familia, ff. de iu. o. iud. l. intelligendus ff de ver. ſi. & eſt fictio vnitiua, ad differentiam reſtrictiue et inductiue de quibus per Bal. in l. qui in prouincia in §. diuus col. 1. ff. de ritu nup.

Et ad patrie propoſitum, eſto, quod in l. veluti ff. de iuſti. et iu. parentum pietas, pietati patrie, pręponi uideatur, ibi ut parentibus et patrie pareamus, & arg. ob ordine litere attendi debeat l. æquiſſimum ff. de vſuf. non tamen attendetur nec verũ erit hoc caſu, ex quo mẽs legis eſt certa l. nec enim ff. de ſol. Bar. in auten. hoc amplius in prin. C. de fideicom. l. 1. in fi. prin. vbi idem Bar. C. de no. Cod. fa. l. cũ pater §. fidei tue ff. de lega. 1. Caſſiodo. deciſio. 9. nu. 1. de præbe. imò quod eſt tex.

cu-

cuius verba contrarium enunciant in l. aduocati C.de aduo.di.iud.ibi non minus prouident huma no generi,quam si prælijs atque vulneribus patriã parentesque saluarent, & ideo huic standum est & non illi §. inordinatũ in auten. de he. & fal. Iacob. belui.in §.fi.in auten.de monach.deque defensione, ad materiam, & pietate patrię in reliquis, dixi ego late in d. l. vt uim. ff. de iusti. & iu. in Collectaneis.

Et plus (subiicit Iure con.hic) quod non modo pater filium,vel filius patrem, occidere potest,uerum etiam præmio adficiendi sunt,et quod omnes ita constituerunt,non ut patrem vel filium interficientes, sed vt patrie saluti consulentes, proditorem, qui ad delendam eam venerat sic acriter castigando. Statua identidem Olympiodorus cohonestatus est,cum ob rerum quas gesserat magnitudinem,tum quod inquissimis temporibus,& multis Cladibus afflictos, Athenienses,ac iam spem oẽm posteri tẽporis abijciẽtes erexerit & cõfirmarit.Sic Leocritus Protarchi filius,cum primus muros ascendisset,primusque intra Museum Macedonum irrupisset, in pugna enim cæsus fuerat, eique ab Atheniensibus honor habitus, quippe quod Ioui liberatori Clypeum eius dedicarunt, cum nominis præclarique facinoris inscriptione. Nec secus lydi Adrasto,pro grecis,contra Leonnatũ præ lianti,Romani suos consecrauerunt Cæsares, Athenienses Theseum, Perse Cyrum,Thebani Epaminundam,Lacedæmonij Licurgum,Samij Pythagoram,Creta Iouem,Tyburtes Herculem,Delphi Apollinem, Getæ Martem,Bœtij Neptunum,Thespij Cupidinem,Epidauri Aesculapium. Et certe

præmia si tollas languet virtus, contra uero excitatur, accenduntúrque animi ad præclarissimas res gerēdas, vsq; adeo ut sic patrię, sic humano generi, sic sibi denique consulant, & nomen amplius immortalitati tradant, atque commendent.

Ex isto tex. modo notandum est et primo, quod auctoritate maiorū frætus Marcellus legis nostræ
8 † conditor, ita statuit vt proxime dictum est in figuratione casus, & sic in simili dicit alibi Iulianus, more maiorum compertum esse, ita demum illum mandare iurisdictionem posse, qui eam suo iure, non autem alieno beneficio habet in l. more maiorum ff. de iu. o. iud. Et alibi Archad. & Hono. Eternali Asie proconsuli rescribentes, Morem nanque fidelissime vetustatis retinendum esse in l. testamēta omnia. C. de testa. Et Abb. in c. 1. in prin. per illum tex. de sepult. quod maiorum nostrorū actio nostra debet esse instructio, estq́ue arg. vltra eum in c. significasti de elec. Et amplius hac de re, nisi quis elegerit sepulturam, quod in sepulchro maiorum suorum tumulandus est, idemq́ue in c. is qui de sep. in 6. inductumq́ue fuit exemplo patriarcharum. Ex quo Abraam quoque, Isac, & Iacob, quāquam absentes, sic sepeliri voluerunt, hoc est in sepulchro maiorum suorum identidem. Et Bal. pulchre in disputatio. accusatus de ui turbatiua, quod ordo maiorum ad vnguem seruandus est, alias irritum erit & innane quod geritur, & contemptores eorum esse videremur non agendum quouis modo l. fi. §. sed quia ibi, ne quis nos putauerit antiquitatis penitus esse contemptores C. de iure delib. l. lege. xii. tab. ibi, huiusmodi itaque legis antique reuerentiam, & nos anteponi nouitati legis

cen

censemus C.de legi.here. Et certe nulla est grauitas tanta, nulla tanta constantia, magnitudo animi probitas, fides, nulla tam excellens in omni genere virtus, quæ possit cum maioribus nostris comparari; iure merito igitur, ut ratione id facere videretur quod lege sanxit idem Marcellus ait hisque verbis vtitur, minime (iterato dixerim) maiores lugendum putauerunt &c. Et maiores idest seniores exponamus etiamnum. Vnde Senatus postea dictus est, habetque tantam auctoritatẽ Senectus ut pluris estimanda sit, quam omnes adulescentie voluptates. Inque legibus Licurgi hoc erat præcipuum, ut honor Senectuti haberetur, iuxta illud quoque de quo in sacris literis, coram cano capite consurge, & honora personam senis. Olimque (vt Festus ait) Grauastellus senior appellabat̃, à grauitate dictus, multaque alias in l. semper ff. de iu. immunita Et facit etiam illud Poe.
Tu maior tibi me est æquum parere Menalca. itẽ
Non te prætereat narratio seniorum. Imò dici solet, quod plura loquuntur iuuenes, vtiliora Senes, vt nouella vitis, quæ copiosius vinum gignit, vetustior vero melius. Et dicit Iob vltimo, quod in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.

Secundo nota, quod non est lugendus is qui ad
9 patriam delendam, accedit † Sicuti nec viri vxores, sponsique etiam luctus nullus est, diuersa tamen ratione, vt hic, & in l. vxores ff. de his qui not. infa. & magis in terminis alibi dicitur, maritum reipub. hostem, lugendum non esse, & ut hic maiorum more in l. liberorum in §. 1. ff. eo. & clarius in §. pomponius ea. l.

Tertio nota, quod hoc ipſum putauerunt maio-
10 res, non ſine ratione, vt ſtatim ſubijciemus † & eſt ſimile in l.pleriq;& ibi diximus ff.de in ius vo. Imò quod ex ſupra dictis pro ſe præſumptionem habent. Eſt uerum ſi ſtatutum dicat, creditori putanti debitorem ſuum ſuſpectum, concedendam eſſe familiam, pro eo capiendo, nulla citatione facta, quod nihilominus ei credendum non eſt, niſi alleget & probet putandi cauſam, debetque etiam hoc ipſum putare, iuramento firmari, quia vbi lex aliquid relinquit conſcientie alicuius, ſemper conſcientiam debet declarare ſuo proprio ſacramento l. Theopompus ff.de do.præle.l.theſaurus ff. ad exhib.l. eorum ff.de dam. inf. declarat Ange. in l. apertiſſimi col. 1. C. de iudi.

11 Quarto nota ibi ad patriam delēdam † quod patrie ſalus, ſaluti parentum, & quorumquunque præponenda eſt, idemque dicitur in l.poſt liminiū in §.filius ff. de capti.ibi, & quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam liberorum charitas, & not.in d.l.veluti ff.de iuſti.& iu.& in d. l. aduocati, allega. ſupra C. de aduo. di. iud. Cybeles rurſum curru uehebatur, quia terra credita eſt, rotis ſuſtinetur, quia mundus uolubilis eſt, ei ſubiugantur leones, ut oſtenderetur maternam pietatem omnia poſſe ſuperare, inde Corybantes miniſtri eius, cum gladijs ſingūtur, arg. planè omnes pro terra ſua, hoc eſt pro patria pugnare debere. Pro qua præter dicta ſupra ſe duo Decij pater & filius deuouerunt, & Q. Curtius inde, & pro Athenienſibus Codrus, proque Thebanis Menecæus, & pro Celæneis Anchurus. Imò (ad Cybelem redeuntes) quod ei ciues ſanguine ſacrificabant

cabant proprio, ne pro patria ipsum fundere detrectarent. Themistocles & Aristides quamquam exules illi magno adiumento fuere. Lacedæmonius ille Rex exul præter meritum, ne quæri quidem de patria sustinuit. Iustissimumque dolorem Coriolanus, matris auctoritati submisit. Lacones rursum tria pręcipua discebant, obedire magistratibus, patientes esse laborum, & pro patria aut uincere, aut mori. Notumque Lacene mulieris identidem exemplum, sanè egregium, priuatum in liberos affectum, publice in patriam pietati, posthabuisse. Et adeo uerum est, quod prima charitas sit patrie, ut qui alienam adamat, suam quodammodo uituperet.

Quinto & ultimo nota quod imò filius patrem, & pater filium, hoc prætextu, occidere potest, & im
12 pune quidem † imò quod præmio affici debent. Et sensus est, ut in simili arguit iurecon. in l. stichus imò Pamphilus ff. de ma. testa. & not. alias in l. si tibi. ff. si cer. pe. non solum non esse lugendum eum, qui ad patriam delendam uenit, uerum etiam occidendum quãquam sit pater vel filius, & premio amplius afficiendi. Et idem in uasallo, qui potius patrie quam domino succurrere tenetur, usque adeo ut bonum sit arg. de eo ad filium hic, quia diuersitatis ratio assignari non potest, arg. not. in §. idem iuris, institu. de stipu. seruo. Et ex his limitabitur quod habetur in l. ne ex dolo. ff. de dolo & in l. si ab hostibus in §. 1. ff. sol. mat. quoniam lex permittit homicidium hoc casu, nec dolosum, aut cum scelere factum uidebitur. alias hac ratione non liceret bannitum interficere, & tamen (ut diximus supra) licet, imò quod interficienti quoque præmia

pro-

proposita sunt,& nouissime, quia sic est, ut hi de quibus hic, de numero eorum quibus bellum indictum est, secundum Bal. in statu. in §. bannitus nu. 15. Et in utroque casu interficientes dicuntur ministri iusticie, arg. in l. actionis C. quod met. causa idipsumq; legem suasit, ut permitteretur, propter criminis immanitatem l. 1. C. quando li. unicuique sine iud. se uendi. l. si seruus C. de his qui ad ec. confu. Idem Bal. in loco præallega. nu. 59 & in §. pax. nu. 1. & multa in §. sententia nu. 6. & propter publicam utilitatem ut in d. locis legitur. & in l. 1. C. de he. insti. Corne. consi. 104. col. 1. & 2. uol. 1. & cõsi. 312. nu. 40. eo. lib. & consi. 55. col. 2. uol. 2. Feli. in c. cum omnes col. 1. de consti. & quia fusius dixi alibi nunc transeo, id unum tamen non omittens præter hec, & ad banniti propositum quod rationibus prædictis interfici poterit permissione legis & quidem impune etiã si sit pater uel filius, frater, uel dominus, ut not. in l. si adulterium cum incestu in §. liberto ff. ad legem iu. de ad. & in d. c. quæ in ecclesiarum ubi Feli. nu. 5. de constitutio. Ias. in l. omnes populi nu. 47. ff. de iusti. & iu. & si sic est in Bannito, quanto magis erit in eo qui ad perdendam patriam uenit, autẽ. multo magis C. de sacrosanc. ec. c. cui licet de regu. iu. in 6. & ex his textualia maneant expedita.

In glo. 1. fit quædam suppletio ad tex. Orationes enim † imperfecte supplende sunt, l. 1. ff. de testa. l. oratio ff. de sponsa. not. in rub. ff. ad treb. & in l. maximum uicium iuncta glo. C. de lib. præte. Alex. in l. 1. col. 1. ff. si cer. peta. estque figura quam ecclypsim siue Aposiopesim uocant Grãmatici: uidebatur igitur dicendum quod lex ista non face-

13

ret

ret ad titulum, arg. in l. Imperatores ff. de in di. ad. & in l. sticho in glo. ff. de condi. ind'. & in prohe. Cod. ibi & congruis titulis subdere. ex quo tantũ dicit minime lugendum eum, qui ad patriam delẽdam venit. Quod videns glo. supplet, nec funerandum, & hoc modo faciet ad titulum, loquentem de religio. & sumptibus funerum, quomodo etiam supplet exponendo tex. in c. ne iunitaris in verbo lex de constitutio. Et maxime (subdit) quia de luctu, constabat in l. liberorum in §. 1. & in §. non solent autem lugeri ff. de his qui not. infa. & bene, licet nõ ita explicite, vt hic. Verum ad propositum notanda est, hos insepultos abiiciendos esse, utpote indignos, & patrię ingratos, quo nihil maius dici posse videtur quod scilicet careant sepultura, sed nimirum, quoniam si patrie fuerunt impii, non æque conuenit, ut ipsi sint pietate digni, arg. in c. cum ad monasterium ibi, in sterquilinio subterretur. de sta. mona. & nihil maius dici posse sum præfatus, quia religio sepulture (ut inquit Isocra.) non humano ingenio, sed à diuina potẽtia potius instituta, demandataque est, quamquam Licurgus & meo quidem iudicio male, vniuersam sepulchrorum superstitionem (ut ipse dicebat) legis sanctione, sustulerit. Imò ad idem quod priuari sepultura est maxima pœna, probatur in l. 1. C. de his pat. vel lib. oc. tradit Bal. consi. 426. uol. 1. Et facit etiã quia si fures & latrones carent ea, c. fures de fur. Bal. in loco præallega. si hi, qui sibi ipsis mortem cõsciscunt c. ex parte de. sep. si blasfemator Dei c. 2. de maledi. si raptor c. super eo de rapto. Si post mortem quis de heresi conuincatur c. sanè 23. q. 2. si vsurarius manifestus c. quamquam de usu. in 6. si ex-

excommunicatus c.placuit c.in sacris de sepult.& alij quos breuitatis gratia non referimus non est ratio,cur hi,de quibus hic,qui scilicet ad perdēdam patriam (ut sæpe diximus) veniunt,quæ sacra est, d.l.veluti ff.de iusti.& iu.ad sepulturā sacram idenidem admittantur,quam ledere contenderunt,turpe putantes atque indignum insuper, eos quieti perpetue donando, vtpote sacrilegos qui pro tempore,nec momento quidem,quiescere potuerunt.

Glo. 2. & vltima, declaratiua est, filium patrem occidentem, vel patrem filium, ita demum impune id facere potuisse, si se defendendo (adde tu &
14 proprius ad literam) & patriam † occidat, alias teneretur lege pompeia de parricidijs l.1.ff.ad legem pompe. de parricid. & dictum fuit supra. Et si sibi permissum est ad sui defensionem iuxta not. in d.l. vt uim ff.de iusti.& iu. multo magis permissum sibi videtur ad defensionem patrie cuius salus saluti proprie anteponenda est,vt de Mutio Sceuola, de Q. Curtio, de M. Attilio regulo, & alijs, nobis apertissimum exemplum reliquit antiquitas. Et ad propositum scias, parricidarum pœnam fu-
15 isse † moreque maiorum institutam,ut dicitur in l.pœna ff.ad legem pompe.de par.huiusmodi,parricida enim virgis sanguineis,alias & melius, sagmineis, verberatus culleo insuebatur, cum cane, Gallo Gallinaceo,Vipera,& Simia,deinde in mare profundum sic iactus miser inter tot ferarum angustias vitam finiebat.& idem dicitur in §.alia deinde insti. de pub. iud. vt omnium elementorum vsu viuus,carere inciperet,& ei Cœlum superstiti, terra mortuo auferretur. Et sensit his verbis Satyric.8.

Quis

Quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni;
Cuius ſupplicio, non debuit vnà parari,
Simia, nec Serpens vnus, nec culeus vnus?
Et Plau. in Aulula. ibi,
Iube hunc inſui culleo,
Atque in altum deportari, ſi vis annonam bonã.

Et ad idem nota Culleum, ſaccum fuiſſe ex corio Bouis, quem alio vocabant nomine, Aſcopera ſcilicet, aliquando Statuæ Neronianæ, collo deligatum, quia Matricida. Hac pœna punitus eſt primũ Publicius Malleolus, eo tempore quo de Gallis triumphauerat Marius, Romanis antea ſcelus incognitum. Imò Solon interrogatus quam ob rem in parricidam legem non tuliſſet, quod deſperaſſet (ait) hoc ſcelus. Verum eſt etiam pœnam hanc, aliquando pro aliis delictis quoque fuiſſe impoſitam, ob ciuium ſeditionem ſcilicet, & quod maius eſt violatione deorum M. Tullio Duunuiro, & C. Villio (autor eſt Plutar.) & ſingulare ſupplicium appellat Cice. in Ora. pro Roſcio.

Secundo ſcias, quoniam etiam homicidii dolo-
16 ſi mentio facta eſt † nec non adulterii, utranque legem, de ſicariis ſcilicet, deq́ue adulteriis, homicidas, ac adulteros hoc eſt alienarum nuptiarum temeratores, vltore gladio perſequi, ut dicitur in §. item lex iulia de adulteriis, & in §. item lex Cornelia de ſicariis, inſti. de pub. iudi. Vel quo ad
17 iſtud vltimum dicas † quod in foro conſcientie, hoc ipſum relinquitur arbitrio ſacerdotis, quodq́ue de iure Canonico eſt excommunicatio, c. at ſi clerici c. cum non ab homine, & vtrobique not. de iudi. Moſaica lege vero, & iure Codicis, mors·

vt Leui. 20. legitur l. quamuis C. ad legẽ Iu. de ad. apud Gentiles, diuersimode, plerumque uirili mẽbro abscíso, alii naso, multi virgis quoque puniti fuerunt, de iure fforum deportatio l. ait prætor §. miles ff. de his qui not. infa. & nouissimo quidem autenticorum uerbera in muliere tantum, ac carcer perpetuus, quæ pœna regularis est canonum,
18 quia sententiam sanguinis non habent † c. sententiam sanguinis ne cle. uel mona. not. in d. c. cum non ab homine de iudi. & ad propositum not. deciditur in auten. sed hodie & in corpore unde sumitur C. ad legem Iuli. de adul. & ex istis quia nõ sunt alia in hac pulcherrima & not. l. sit breuiter absoluta. Die 12. Iulii. 1560. Paduæ.

FINIS.